mū est quod in genere motus localis solū inueniuntur  
motus et quietes secundum naturam et extra naturam  
et nō in alijs motibus. s. in alteratione augmentatione  
et diminutione generatione et corruptione. Quod autem  
in illis nō inueniuntur probatur per locum maiorem sic. Si  
illud quod magis videtur inesse nō inesse illud quod minus  
si si esset alijs motibus extra naturam maxime esset cor-  
ruptio. s. corruptio ē etiam secundum naturam quod sic patet quia  
senescere ē secundum naturam. s. matrem et senescere ē dispositio  
ad corruptionem. q. etiam corruptio ē secundum naturam.

**Arguitur**

Dicitur scdo alii q. omnes desunt  
se extra naturam q. male dicitur h



q̄ corrupto est fm naturam. Dicendū q̄ natura accipit duplici. Uno mō p̄ natura vbi que intendit consistentiam et p̄manentiam totius vniuersi. et tunc corruptio est omnino fm naturam. quia oportet multa corrumpi in vniuerso si debz totum vniuersum p̄sistere sius necesse ē ali qua indiuidua coherēsi vt saluetur alia in specie. Alio mō accipitur natura p̄ natura p̄ticulari et sic accipit dupliciter. Uno mō p̄ natura forme. i. p̄ natura que ē forma. et sic corruptio ē cōtra naturā. q̄ forma fm q̄ h̄mōi dat speciem. sep corruptio tollit eā. Alio mō accipit natura p̄ natura materiae. et sic itē corruptio ē naturalis. q̄ si tunc materia h̄z naturā habitudinē ad formam ita etiam ad p̄matōem. Sed p̄uatio est p̄ncipiū corruptōis. ergo corrupto est fm naturam.

**Aut si est q̄ violentia**

Hic soluit predictam dubitatōem p̄ interemptōnem. i. p̄ negatōem. et vult q̄ hoc quod supponit in questione ē falsum q̄ solū in motu locali inueniuntur naturale et violentū. p̄mo etiam inueniuntur in oībus alijs motibus. Et hoc p̄bat idē. quia aliquae sunt corruptōnes naturales sicut ille que fiunt fm p̄ncipia nature ab inereis. sicut q̄n aliquis moriē ex senectute. Aliae sunt corruptōnes violente que fiūt p̄ter dispositiones ipsius rei que corrūpiūt. sicut cū aliq̄s gladio interficitur. Hic ē de generatōe q̄ sunt aliquae generatōnes fatate. i. p̄cedentes fm ordinē cāz vniū salū sicut rose generant in estate. Aliae sunt generatōnes nō fatate. i. nō p̄cedentes fm ordinē causaz sup̄ior sicut q̄n generat rose in h̄peme in stuphis. Similit̄ est de augmētatōe. q̄ aliqua ē augmētatio violenta sicut q̄n semia ex humoribus multū crescit. et aliqui hoies citius veniunt ad ānos pubertatis. i. discretōis p̄ter variatōem nutritiē. q̄s t̄ps naturalē ē i decimo q̄to āno quo ad viros. q̄a tūc p̄t̄ trahere mātmo mū. Et similiter aliq̄ sunt alteratōes violente sicut q̄n aliquis sanāe aī dies ceticos. si em̄ aliq̄s sanāe in die cetica est sanatio naturalis si autē nō est violenta. S̄ autē dies cetica dies iudicij sup̄ infirmitate. habet em̄ q̄libet infirmitas vna die in qua vel infirmitas vincit naturā. et seq̄t̄ur mors vel natura vincit infirmitatē. et seq̄t̄ur sanitas. Si ergo aliq̄d aī illū die sanetur ē alteratō violenta et p̄t̄ naturā. Est igit̄ dīna inter has diatōes crescis acrisis. q̄ crescis iō

est q̄s iudicium. crescis idē est q̄ natura. crescis idē est q̄s auz. vnde vsus. Iudicium crescis natura crescis crescis auz.

**Queritur**

Quid sit facti. Dōm q̄ est explicatō diuine p̄vidētie p̄ cās vniūsales medias. et s̄ facti a for factis. i. loquor. q̄ deus p̄ tales cās. sedas vicitat nobis loqui. sicut em̄ p̄ locutionē hominis p̄cipimus q̄d homo velit. ita p̄ effectus sc̄darū cāz p̄cipimus q̄d deus velit. hoc ergo d̄ fatatū quod fit fm naturalem influentiam cārum sup̄ior. et idē q̄ rose generat̄ur in h̄peme nō est fatatum quia est p̄ter ordinē causaz sup̄ior.

*Diffinitio facti*

**Erūt ergo corruptio.**

Hic obijcit p̄tra dicta q̄ nō sunt aliquae generatōnes fm naturam et extra naturam. q̄ si sic t̄hic sequeret q̄ vni multa opponerentur q̄s ē m̄ cōueniens. quia corruptio est p̄traria generatōi. Si ergo est etiam aliqua corruptio extra naturam. ergo corrupto erit p̄traria corruptōi. H̄nc aresto. q̄ non est inconueniens vniū c̄pponi multis fm diuersas rōnes. quia generatio et corruptio opponitur fm rōnem generis. sed corruptio opponitur corruptōi fm rōnem speciei. sicut corruptio tristis contrariatur corruptōi dulci. et generatio tristis contrariatur generatōi dulci. Dicit autem generatio dulcis quādo ex minus nobili generatur magis nobile. sicut quādo ex aqua generatur aer. Sed generatio tristis ē quādo ex magis nobili generatur minus nobile vel potest dici q̄ generatō dulcis est que ē fm causas vniūsales. et generatio tristis est que est p̄ter talem naturam sicut generatō non fatata.

**Omnino quidē igit̄.**

Hic ponit principale quod intēdebat ex ista dubitatione. scilicet q̄ motus et quies nō solum opponitur penes terminos sicut dictum est. sed etiam fm naturale et violentum. dicit ergo q̄ non solum generatō contrariatur generatōi et corrupto corruptōi penes naturale et violentum sed vniūsaliter omnes motus et quietes sunt hoc mō contraria. quod probat exemplat̄ in motu locali. quia ibi est magis manifestum. quia motus ignis sursum p̄trariat̄ quieti ignis deorsum penes naturale et violentū. ex quibus possumus sumere talem conclusionem q̄ motus et

*Quid sit facti  
Crescis raris. i. dicit*

quies pnt tripliciter generari. Uno mō penes terminos tm̄. ut motus ignis sursum et motus terre deorsum. scđo cōtrariā penes naturale et violentum tm̄. sicut motus ignis sursum et motus terre sursum. tertio generat penes utriq; penes tm̄. et naturale et violentū. sicut motus ignis sursum et motus ignis deorsum. qz ibi sunt generari tm̄. s. sursum et deorsum. et un⁹ est naturalis et alius violentus.

**Habet autem dubi.**

Hic mouet scđam dubitatōem. qz cū adest dixit de q̄te violenta q̄ opponit quieti naturali mouet dubitatōem. vtz cuiuslibet q̄tis q̄ nō semp̄ fuit sit aliqua generatio. i. vtz generat quies violenta. sicut generat quies naturalis. Et vocat generatōem quietis hic stare. qz stare ē ad quietem tenēre sicut infra patebit. et pbat duabus rōnibus p̄em negatiuā. quarū prima stat i hoc. Si cuiuslibet quietis que nō semp̄ fuit ē generatō. ergo etiā quietis extra naturā esset generatō. sed hoc nō p̄t dici. qz q̄n p̄ m̄ tm̄ generat quies tunc quāto mobile plus accedit ad tm̄ in quo accipitur quies tanto uelocius mouetur. s. generat est in motu violento. qz quāto magis accedit ad terminū in quo accipitur quies violenta tāto tardius mouet. sicut patet de lapide p̄cto sursum q̄ quanto plus recedit a manu p̄cientis tāto tardius mouetur.

**Amplius uideēt stare**

Hic scđa rō stat in hoc generare quietē vel est motus naturalis vel sit cū motu naturali. s. quies violenta nec ē motus naturalis nec sit cū motu naturali. q̄ nō est generatio quietis in motu violento.

**habet ac dubitatōne**

Hic ponit tē. etiā dubitatōem que ē. ex quo dcm̄ ē qz dū aliquid mouet tūc nō statim abijcit terminū a quo s. aliqd̄ retinet de illo. sic seq̄tur si q̄s in tm̄ a quo cōtrariā motui qui ē ab isto termino in generatō terminū. tūc seq̄it qz contraria sunt simul. quia terminus a quo sit est cū motu q̄a nō statim abijcit. Istā tē. etiā dubitatōem primo soluit dicens qz nō est incōueniēs generatō esse simul fm̄ cō imp̄fectum et fm̄ q̄. s. simpliciter duo generatō nō pnt ēē fil. in motu ergo p̄m̄stentur duo generatō fm̄ cō imp̄fectum.

**Dubitabit autē utiq;**

Hic soluit scđam dubitatōem. s. qz incōueniens uideatur dicere qz nō fiat generatō quietis violenta. qz hoc qd̄ q̄tis nō est et q̄tis est hoc uideēt generari cū generatio sit p̄gressio a nō esse ad esse sed manifestū est q̄tem violentā q̄tis nō esse et postea esse. ergo uideēt fieri generatio h̄mō quietis. s. qz hoc generatō est ei qd̄ dictum ē. ergo est distinguendū qz duplicat aliqd̄ generat. Uno mō p̄. i. p̄rie et p̄ cām efficiat. et sic q̄s violenta uō generatur. sed q̄s naturalis generat et naturali motu q̄ efficiat p̄ naturā et p̄ p̄q̄ns ei⁹ quies. Alio mō d̄t aliqd̄ generari p̄ cām defecti uam. et sic q̄s violenta d̄t generari. qz talis quies generat p̄ defectū uicinis violentiā aliqd̄ mobile. exēpli grā in p̄ctōne lapidis sursum deorsum. qz deficit otus p̄cientis. et sic sequit quies lapidis sursum.

**Quoniam autem est.**

Hic p̄ter adesto. addit alia duo ad declarandū primā quēstionē. dicit tū quidā qz iste textus nō fit de mente phi. Primū est qd̄ addit vtz motui naturali ignis sursum generatur motus ignis violentus deorsum vel motus naturalis deorsum. Et dicendū est qz utroq; mō. quia primi motus generant adinuicem fm̄ naturale et violentū. et fm̄ terminos. Sed alij duo generantur fm̄ terminos tm̄. q̄a ambo sūt naturales. Scđm qd̄ addit adesto. ē qz motus opponit aliquantē quieti nō p̄fecte sicut motui opponit. et hoc id̄ q̄a motus opponit motui p̄rie generat. sed mot⁹ opponit qui. et solum p̄uatiue.

**Queritur**

Utz uemē. assignatur contrarietas mot⁹ penes terminos et naturale et violentū. Dcm̄ qz p̄ p̄ria et p̄ncipalis contrarietas sumenda est in motibus penes terminos. sed quedam scđa d̄ca analoga et min⁹ p̄ncipalis cōtrarietas sumit penes naturale et violentum. Primū patet quia cōtrarietas est d̄ca fm̄ specie. t̄cimo metaphisice. ab illo ergo aliquid habet contrarietatem p̄rie dictam a quo habet speciem. sed motus habet speciem ex termino. ergo ex illis etiā habet cōtrarietatem. sed naturale et violentum sunt in motu ex parte mouentis et mobilis. sed illa sunt extrinseca motui. dicitur em̄ motus naturalis p̄ter p̄ncipiū naturale.

**Querit** Vtq; natale et violentū eōdē  
 repianē in oibus motib⁹ Di  
 tendū q; ibi inueniūt s; non eōdē. q; naturale et  
 violentū simple et ppe repiūt in motu locali sed  
 fm qd in alijs motib⁹ qd sic pz q; quis aliq; ge  
 neratio posset dici violenta vel pta nataz ex p  
 te epis ⁊ ex pte mōi fēdi vel ex causis vlib⁹ qd  
 est pter ordmē tāz vlm. sicut quādo generatē rose  
 in hyeme ē tam tal generatō natalis ex pte na  
 ture ptiularis et ex pte matie q; dispositio ma  
 terie naturalē inducit formā q; seqē ex tali dis  
 positōe. H; in motu locali pte eē violentū simple  
 quādo. s; aliq; mobile h; motū locale ad quē mo  
 tū ipm mobile nullā h; naturalē habitudmē. et  
 sic talis motus ē simple violentus. q; violentū ē  
 qd ē a pncipio extrinseco passo nō pterē vtm  
 exercio ethicoz. quādo in matia nō ē naturalis  
 aptitudo ad talē formā. Et piciat p; q; nulla  
 generatio ē absolute violenta. q; passum a. matia  
 cōfert vim. i. h; naturalē aptitudmē ad formā q;  
 recipit in matia. Et rō istius differēte ē. q; mo  
 tus localis nō ē motus ad formā q; oriē ab item  
 seco s; ab extrinseco. s. loco et iō pte tal' sōz simple  
 ab extrinseco aduenire in q; pstitit rō violenti. In  
 alijs at motib⁹ forme adueniūt ab intrinseco q; ex  
 aptitudine matie. et iō non pte in eis simple in  
 nemī violentum.

Explicit liber Quintus physicoz



**I autē est continuū.**

Queritur que sit ratio ordinis huius libri

fere ad quintam. Dicendum q; ista. quia in  
 quinto determinatum est de diuisione motus in  
 partes sbiectiuas et in hoc sexto determinatur  
 de diuisione motus in partes q; tractatiuas et integra  
 les. sicut q; partes sbiectiuas se cōualioēs q; partes in  
 tegres ita etiā dīsiō in partes sbiectiuas pcedit diu  
 sionē in partes integres. Et rō ordis hui⁹ ad septi  
 mū est. q; in septimo determinat de motu p pparō  
 nē ad mouētia q; sūt extrinseca motui. partes at in  
 tegres sūt aliq; mō intrinsece motui. Potest  
 autē iste liber diuidi i tres partes pncipales In pā  
 ma ponit pambulariē qdā q; de sūit ad diuīsi  
 onē mot⁹. In sēda ponit diuīsiōnē mot⁹. In etiā  
 ponit tres opmiones antiq; de motu. Quo ad  
 primā pmo oit q; mot⁹ ē diuisibil' sicut oē pti  
 um. et circa hoc pmitit q; nullū cōtinuū ē cōpo  
 sitū ex indiuisibilib⁹. et hoc pmo pbat de ptiuo  
 in magnitudine. sēdo in tpe. tēto i motu. Quo ad  
 primū pmo pmitit q; sda diffinitōes positas in  
 qnto et sē q; si diffinitō ptiui pbat et pter  
 sit bene posita tūc verum erit q; nullum con  
 tinuum componē ex indiuisibilib⁹ quasi dicēt q;  
 necē sit ex illis diffinitōibus pbatē propo  
 sitionem

**Neq; vnum sunt vlti.**

Hic pbat ppositū duab⁹ pncipalib⁹ rōmb⁹ qua  
 rum vna sumē ex diffinitōib⁹ eminoz dictoz  
 sēda sumē ex diffinitōe ptiui posita in tēto hu  
 ius. Prima rō stat in hoc si cōtinuū est cōpositū  
 ex indiuisibilibus tūc indiuisibilia erūt vnta in  
 cōtinuo. vel ergo habebunt se p modū cōtinuari  
 omis cōtractus sive p modū cōsequēter. sed nullū  
 istoz est dōm. ergo non possunt vnta ēē in cōri  
 nuo. Maior pbatue a sufficienti diuīsiōne. quia  
 nō possunt plures modi vntatis inueniri. Mi  
 nor pbatue p ordinem. et primo q; indiuisibilia  
 nō possunt habere vntionem p cōtinuatōnem. et  
 hoc sic. Quētiq; sunt vntū p cōtinuatōnem illo  
 rum vltima sunt vntū. sicut patet ex diffinitōne  
 cōtinui. sed indiuisibilia nō habēt vltima vntū  
 ergo non possunt esse vnta p cōtinuatōnem. mi  
 nor pbatue quia vbiq; est vltimū ibi est vlti  
 mū et alterum ab vltimo. quia vltimum dicitur  
 relatiue ad primū. Si ergo indiuisibile habet vlti  
 mū etiam habet i primū. ergo indiuisibile erit  
 diuisibile qd est impossibil'.

**Amplius necesse est.**

Hic probat secundam partem scilicet quod indivisibilia non possunt uniri per modum tractus. et hoc sic probat quia si indivisibile tangeret indivisibile. vel hoc fieret secundum totum vel secundum partem. non potest dici quod secundum partem quod tunc indivisibile haberet partem et partem. et sic non esset indivisibile. vel secundum totum. et sic ex ratione indivisibilitatis non fieret continuum. quia ex ratione continui est quod habeat partem extra partem. sicut patet ex diffinitione eius. sed quoniam totum tangeret totum tunc non esset distantia partium. et sic non fieret continuum.

**Actuero neque consequens.**

Hic ostendit tertiam partem scilicet quod non possunt indivisibilia uniri in continuo per modum partium. et stat ratio in hoc quia partem dicitur inter que nihil mediat eiusdem generis. sed inter duo puncta assignata in una linea mediat aliquid eiusdem generis. quia linea ergo non possunt se habere consequenter. et similiter duo nunc non possunt habere se necesse in tempore. quia mediat tempus quod infra probatur.

**Amplius dividet in.**

Hic ponitur secunda ratio principalis sumpta ex diffinitione continui que est. Continuum est divisibile in semper divisibilia. Ex quo sic arguitur. Ex quibuslibet aliquid componitur in eadem resolvitur. et dividitur quia eadem sunt principia divisionis et compositionis. Si ergo continuum non formalis. Si ergo continuum componatur ex indivisibilibus ergo dividetur in indivisibilia. et sic non divideret in semper divisibilia quod est contra diffinitionem continui.

**Aliud vero genus nunc**

Hic manifestat duo que supra dixerat. primum est quod inter quelibet duo puncta est linea media. et inter quelibet duo nunc est tempus medium. quod verum est si capiatur puncta in eadem linea et nunc in eodem tempore continuo. probatio stat in hoc quia si duo puncta sunt in eadem linea tunc oportet quod illa distat secundum situm si sunt duo. et hoc ideo quia non possunt esse duo ex parte subiectorum sicut quoniam sunt in diversis lineis. si ergo distant ab invicem secundum situm ergo inter ea aliquid mediat. vel ergo hoc medium est divisibile vel indivisibile. non potest esse indivisibile. quia indivisibilia non possunt se tangere in eodem continuo sicut dictum est. ergo hoc medium est divisibile quare linea est inter duo puncta et tempus inter duo nunc.

**Si enim in indivisibili.**

Hic manifestat secundum quod suppositum fuit quod si continuum sit divisibile in semper divisibilia et hoc sic probat quia si continuum esse divisibile in indivisibilia sequeretur quod duo indivisibilia se tangere. quia si continuum dividatur in indivisibilia. tunc oportet in divisibilia prius esse unita in continuo. quia unum quodque dividitur in ea ex quibus prius componebatur. Sed hoc est impossibile quod sint unita quia nullo modo unum potest esse unita sicut probatum est prius.

**Arguitur.** Contra suppositum ultima qualiter probatur non est simul sicut supra dictum est. sed duo puncta sunt vel una duarum linearum. ergo non esse simul. et sic iterum ea non est medium. Sed quod duo puncta non dupliciter capiuntur. Uno modo in diversis lineis. et sic non repugnat quod iterum sit aliquid medium. sicut patet si imaginetur in aere et aqua due linee tunc in contactu aeris et aque essent duo puncta quorum unum est in aere et aliud in aqua. et distinguuntur ex se subiectorum quia habent diversa subiecta sed habent unum situm. Alio modo accipiuntur duo puncta in eadem linea. et sic necessarium est inter duo puncta esse lineam mediam. et sic loquitur hic aristoteles in textu.

**Arguitur.** Si tangunt se duo puncta in diversis lineis vel totum tangit totum vel pars partem. sed nullum istorum est dicendum. Sed quod tangunt se secundum totum. et incommensurabile in textu illatum conceditur. quod non sit continuum ex talibus indivisibilibus. et hoc est verum quia quoniam sunt puncta in diversis lineis tunc ex illis nulla potest fieri continuitas.

**Eiusdem autem rationis**

Quia probatur prius quod magnitudo non componitur ex indivisibilibus hic ulterius intendit probare quod si tunc dictum est de magnitudine ita etiam dicendum est de motu et tempore scilicet quod motus non componitur ex momentis nec tempus ex nunc. prout quod posuit quod intendit probare. et dicit sic. Si magnitudo componitur ex indivisibilibus tunc etiam motus qui fit supra talem magnitudinem est compositus ex indivisibilibus momentis equalibus numero illis indivisibilibus ex quibus componitur magnitudo. et ratio est quod ex motu et spatio proportionati.

**Si igitur punctis.**

Premittit duo necessaria ad pbandum xpositū quoz primū est qd si altui inest motus hoc mo- uetur. et cetera si aliquid mouet illi inē motus. Tu- ius ratio est quia motus ē actus qd denominat suū subiectum. scdm est qd necesse ē illud qd mo- uetur nō simul moueri et motū esse. Cuius ratio est qd motus ex sua natura est successiuus. ergo nō potest aliqd simul moueri et motū esse. quia tūc nō esset successiuus. Tunc pbat xpositum ex istis. et dicit qd si magnitudo cōponatur ex indi- uisibilibus ptribus uel mobile mouēt sup qlibet ptem illius magnitudinis uel supra totam ma- gnitudinē. nō pōt dici primū. quia p scda suppo- sitionem aliqd nō mouetur simul. et etiā motum ē. Si ergo mouet supra quālibet ptem. et sic quālibet pars ē diuisibilis. Si hoc est cōtra suppositum qd suppo- nebatur qd magnitudo cōponeret ex indiuisibili- bus. Sed si dicat moueri supra totā magnitudi- nē tūc sequeret etiā in cōuenientia. Primū qd ali- quid ēēt motū qd nūq mouebat qd est cōtra p- mā suppositionem. qd quicqd est motū illi mouet motus. sequela tū patet qd ponitur qd aliqd nō moueat supra ptem magnitudinis cōposite ex in- diuisibilibus et tū esset motū supra totā magni- tudinē. Scdm in cōueniens ē qd ptime quiescens mouere. pbatur qd illud qd nō mouet et aptum natum est moueri. sed mobile nō mouet supra quālibet ptem magnitudinis. qd quilibet ē indiuisibilis ergo qd fat in quālibet pte magnitu- dinis. et tū cōtinue mouet. qd puenit ad terminū motus. qd ptime quiescens mouet. Tercū in cōue- niens est. Quia si motus pponat ex momentis tūc uel illa momenta sunt motus. et sic seqt qd motu pūre adhuc mobile nō dicitur moueri qd est ptra primā suppositionem. Si uero illa momen- ta non sint motus seqt qd motus cōponat ex nō motibus. qd est in cōueniens quia simile ex si- mili cōponitur.

### Similiter autem ne

Hic ostē qd eadem rō est de tēpe sicut de motu et magnitudie. s. qd tps non pponit ex indiuisibili- bus. Et ad hoc ponit tres rōnes. Quarū prima sumpta est p eque uelocia. scda sumit p uelocia et tardia. Tercia sumit ex equali diuisione ma- gnitudinis et motus. Et stat prima rō in hoc eq- uelox ptransit minorē magnitudinē in minori tpe et maiorem in maiori tpe. equalē in equali tēpe

ergo equalit diuidetur magnitudo et tps. Sed magnitudo nō pōt cōponi ex indiuisibilibus ut p- batum ē. ergo nec tps pōt pponi ex nūc.

### Quoniam autem om.

Hic intendit scda rō que inferius ponitur et su- mitur p uelocius et tardius. et circa hō pmittit tres diffinitōes uelocius. Prima est uelocius ē quod in equali tpe ptransit maius spaciū. Scda qd in minori tpe ptransit maius spaciū. Tercia est uelocius est qd in minori tpe ptransit equas- le spaciū.

### Quoniam igit uelo.

Hic pbat primam diffinitōem uelocitatis qd ue- locius est qd in equali tēpe ptransit maius spa- ciū. Et stat ratio in hoc. quia uelocius in equali tēpe ptransit aliquam terminū magnitudinis a quo distabat tardius motum in equali tpe. er- go uelocius in equali tempore ptransit maius.

### At uero et in minori.

Hic ostē scdam diffinitōem. s. qd uelocius est quod in minori tēpe ptransit maius spaciū. Et stat rō in hoc qd distantia qua distat tardi- us mobile a termino magnitudinis illius quam ptransit uelocius est diuisibilis in duas ptes. s. primā ptem mobile uelocius ptransit in minori tēpe qd tardius mobile eandem ptem spaciū. er- go sequit qd hoc est uelocius quod in minori tē- pore ptransit maius spaciū.

### Manifestum autem ex.

Probat tertiā diffinitōem duabus rōnibus. Prima est omne mobile fm se cōsideratū ptransit in maiori tempore maiore magnitudinē. Si ergo tale mobile est uelocius contingit qd tardi- us mobile ptransit s. lū unā ptem magnitudinis p illo tpe p quo uelocius ptransit totam magni- tudinē. Scda rō stat in hoc illud quod est tardi- us mouetur p equalē magnitudinē in maiori tē- pore. et quod est eque uelox mouet p equalē ma- gnitudinē in equali tpe. ergo uelocius mouet per equalē magnitudinē in minori tpe. et istud ar- gumentum ualeat ex pportōne magnitudinis ad motum.

### Quoniam autem om.

Hic ex istis uult pbare xpositum pmittens tēra

*Prima diffinitio uelocitatis*

*Exponit qd diffinitio*

primū est q̄ omnis motus est in tempore. sc̄m̄ est q̄ in omni tempore possibile est aliquid mo- ueri. tertiū est q̄ omne quod mouetur cōtingit tardius et velocius moueri. et loquitur plus in tertia suppositōne s̄m̄ cōm̄ tōnem motus mouē tiū et mobiliū. applicando ergo illam supposito- nem ad determinata mobilia tūc tertia supposi- tio est falsa. quia si applicetur ad celum tūc est falsa cum celum nō possit velocius et tardi⁹ mo- ueri q̄a motus eius est v̄m̄iformis et regularis sicut p̄batur sc̄do celi. Et ex his ponit sc̄dam tō- nem que stat in hoc. ex quo velocius p̄r̄asit ma- ius spaciū in minori tempore et diuidit tempus in minus sed tardius in equali tempore p̄r̄asit mi- nozem magnitudinē. sicut ergo magnitudo non cōponitur ex indiuisibilibus ita nec tempus po- test cōponi ex indiuisibilibus.

**Amplius autem; et ex.**

Hic ponitur t̄cia tō principalis que sumitur ex p̄portione magnitudinis ad tēpus et stat in hoc Tempus et magnitudo equaliter diuidūtur. sed magnitudo nō p̄ponitur ex indiuisibilibus. ergo tempus nō cōponitur ex nūc. Maior patet quia sicut mobile in toto tempore p̄r̄asit totam ma- gnitudinem ita in p̄te tempore p̄r̄asit p̄tē ma- gnitudinis ergo equaliter diuidūtur magnitudo et tempus.

**Et si quodcūq; infi.**

Postq̄ aresto ostendit q̄ magnitudo motus et tē- pus equaliter se habent q̄rum ad hoc quod ē cō- p̄m̄ ex indiuisibilibus. hic ostēd̄ q̄ equaliter se ha- bent ad finitum et infinitum. quia sicut in vno inueniuntur finitum et infinitū ita etiam in alio. et hoc p̄ponit dicens q̄ si temp⁹ est infinitū in vlti- mis id est s̄m̄ extensionē tūc etiam magnitudo erit sic infinita. et si tempus sit infinitū diuisiōe tūc etiam magnitudo erit sic infinita. si autem tempus sit infinitum verōq; modo etiam sic ma- gnitudo erit infinita.

**Arguitur** Motus celi est infinitus et similiter t̄pus et tamē magnitudo est finita. ergo nō oportet sumere di- uisionem t̄pis p̄portōnabiliter ad diuisiōnē ma- gnitudinis. Dōm q̄ iste textus intelligitur de magnitudine recte mota. quia si magnitudo rē- mota sit infinita necesse est tempus respiciēs ta- lem motum esse infinitum. hoc autē nō oportet

magnitudine circulari in qua fit reiteratio p̄ti- um motus in mobili. et t̄sic potest motus esse in- finitus et similiter t̄pis in magnitudine finita. si- cut patet octauo hui⁹ quia tūc eadem magnitudo sepe reiteratur. sed magnitudo recta non p̄t reiterari in motu absq; quiete mobilis.

**Unde et zenonis rō.**

Ex predictis soluit rōnem zenonis qui dixit q̄ nullus esset motus localis. et arguebat s̄i mot⁹ localis necessario sit supra spaciū. sed quodlibet spaciū est infinitum quia est continuū et infinitū nō contingit p̄r̄asiri. ergo nō contingit p̄r̄asiri fieri aliquod spaciū q̄r̄ūcūq; p̄uū. et sic tolleretur omnis mot⁹ localis. R̄ndet arest. q̄uis tale spa- ciū sit infinitū s̄m̄ diuisiōnem in p̄tes eiusdem p̄portōnis nō tamen est infinitum s̄m̄ p̄tes eius- dem q̄ritatis et ita etiam tempus in quo p̄r̄asit illud spaciū est infinitum. et ergo istud spa- ciū infinitum potest p̄r̄asiri t̄pe infinito. Ita autem solutō est solum ad hominē et nō ad tem- sed vera solutō ponitur in octauo hui⁹.

**Neq; iam infinitum**

Hic ostēdit duabus rōnibus q̄ nō potest t̄pis esse infinitum si sit magnitudo finita. et stat prima in hoc. vbiq; sunt p̄tes finite ibi nō p̄t totū tē infinitum quia totū dependet ex p̄tibus. sed par- tes t̄pis cōr̄ēdētes magnitudinē sunt finite. ergo nō p̄t constituerē tempus infinitū. minor p̄t quia cū magnitudo sit finita aliqua p̄s t̄pis cor- r̄ēdēt alicui p̄ti magnitudinis. cum ergo p̄tes magnitudinis ponūtur esse finite oportet q̄ par- tes t̄pis cōr̄ēdētes p̄tibus magnitudinis sint etiam finite. Tūc ibi āplius si nō. ponit sc̄da ra- tio que remouet vnā cauillatōnem q̄ posset ali- quis dicere q̄ p̄tes magnitudinis finite p̄r̄asē- tur t̄pe infinito. dicit aresto. q̄ ad min⁹ est dare aliquā p̄tem magnitudinis finite que p̄r̄asē- tur tempore finito. et illa p̄s aliquotiens accepta facit totū. et sic tota magnitudo p̄r̄asietur tē- pore finito quod fuit p̄bandum. Et similiter are- sto. p̄bat q̄ nō p̄t dici q̄ tempus sit finitum et magnitudo infinita.

**Manifestum igit̄ ex.**

Hic resumit cōclusionē prius probatam circa p̄n- cipium. et est omne continuū est diuisibile. et p̄- batio illius valet sibi infra ad ostendendum q̄

*Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'et tunc dicitur qd' and 'et tunc dicitur qd'.*

motus diuiditur. quia si continuū est indiuisibile non oportet querere diuisionem motus. Et potest ad hoc duas rationes principales. Prima est. Si continuū esset indiuisibile sequeretur quod in diuisibile diuideretur. Sequela patet quia de ratione continui est quod habeat multas partes copulatas ad aliquē terminū cōm. sicut patet ex definitione eius. Sed quod habet partem et partem est diuisibile in illas. ergo indiuisibile erit diuisibile quod implicat contradicōem.

### Quoniam autem in

Hic intendit ponere secundam rationem ducentem ad impossibile in qua presupponitur reia quorū primū est quod in omni tempore contingit aliquid velocius et tardius moueri. secundum quod velocius pertransit plus de spacio in equali tempore. tertium est quod in singulis motibus contingit esse proportionem velocitatis ad velocitatem secundum omnes modos proportionis sic quod unus motus excedit alium in proportione duplici. et alius motus excedit alium in proportione sexquialtera. Ex his sumitur talis ratio. Si esset aliqua magnitudo composita ex tribus indiuisibilibus. et ponantur duo mobilia supra illam magnitudinē sic compositam quorū unū moueatur velocius quod alterum in proportione sexquialtera tūc sequitur quod medium indiuisibile diuideretur. quod sic patet quia quāto tardius mobile pertransiit unū indiuisibile tūc velocius mobile pertransiit unū indiuisibile cū medio indiuisibili. Non enim potest dici quod velocius pertransiit duo indiuisibilia. quia tūc velocius excederet tardius in proportione duplici. Si suppositū ē quod velocius mobile excedat tardius in proportione sexquialtera. Dicat enim proportio sexquialtera ubi aliqū excedit alterum in toto et in altera parte eius. sicut reia excedit duo et sex quatuor. quia sex cōtinēt semel quatuor et alteram eius partem scilicet duo. Hec queretur ergo ex dictis quod hoc indiuisibile cōtinet diuisibile quod est incoueniens.

### Necesse autē est et ip.

Postquam aristoteles ostēdit quod continuū nō est cōpositum ex indiuisibilibus. et per cōsequēs ē semper diuisibile. Nūc consequenter intendit probare et ponere diuisionem motus in partes quantitativas que diuisio hic principaliter intenditur. Et ante hoc premitit quedam necessaria ad propositum quod

potest unū capitulum de nūc tempore. et hoc id quia infra dicitur quod motus diuiditur ad diuisionem temporis. oportet ergo primo ostendere quod in nūc non est motus nec quies. quia si in nūc esset motus tūc nō diuideretur motus ad diuisionem temporis quia nūc est indiuisibile. Distinguit ergo primo et dicit quod nūc est duplex. aliquid est nūc secundum se et aliquid est nūc secundum alterum. Nūc autem secundum se est indiuisibile tempus. sed nūc secundum alterum est tempus propinquū presenti nūc siue in preterito siue in futuro.

### Est enim aliquid vlti.

Hic probat cōsequenter quod nūc secundum se est indiuisibile et hoc sic. Cuiuslibet cōtinui finiti est aliqū terminus indiuisibilis. Sed est dare tempus finitum in preterito et in futuro ergo terminus eius est indiuisibilis. Sed terminus eius ē nūc. ergo nūc est indiuisibile. Maior probatur quia oportet omnem terminū esse indiuisibilem quia nisi esset in diuisibilis non esset terminus. Est enim de ratione termini quod omnia rei comprehendatur infra terminū. sic terminus nō potest esse pars rei quantitativa et aliqū rei secundum quantitatem.

### Necesse igitur ē et idē

Hic ostendit consequenter quod si nūc est indiuisibile tūc oportet esse idem nūc quod est finis preteriti et principii futuri. Quod sic probat quia si non esset idem nūc sed duo nūc tunc illa haberent se consequenter et immediate. quod sic patet quod inter preteritū et futurum nō est aliqū medium ergo etiam inter illa nūc nō est aliqū medium sed duo nūc non habere medium est impossibile. hoc patet ex duobus. primo quia prius probatum est quod infra duo nūc est tempus medium. Secundo si dicatur quod est tempus medium iterum non valet quia omne medium inter preteritum et futurum dicitur nūc. Si ergo tempus est medium inter preteritum et futurum ergo tūc est nūc sed nūc est indiuisibile. ergo etiam tempus est erit indiuisibile quod est contra rationem temporis.

### Si autem diuisibile.

Hic redit ad probandum quod prius dictum est scilicet quod nūc est indiuisibile. Et hoc probat tribus rationibus quarum prima est. Si nūc est di-

nihil tunc diuiditur in preteritum et futurum et tunc sequitur quod aliquid preteriti sit in futuro et aliquid futuri in preterito quia omne extremum est in eo cuius est extremum. sed nunc est extremum siue terminus preteriti ergo est in preterito et est extremum futuri quia principium futuri ergo est in futuro. Si ergo diuidatur in preteritum et futurum ergo aliquid preteriti est in futuro et aliquid futuri est in preterito. supposito tamen quod sit idem nunc sicut probatum est. Secunda ratio est. Si nunc est diuisibile tunc non erit nunc secundum se sed nunc secundum alterum quia hoc est tempus. Tercia ratio stat in hoc. Si nunc diuidatur in preteritum et futurum tunc ipsum nunc non erit sibi ipsi idem quia preteritum et futurum non sunt idem. ergo etiam nunc quod diuiditur in preteritum et futurum.

### Quod autem nihil.

Hic ostendit quod principaliter intendit in hoc capitulo scilicet quod in nunc non est motus neque quies. primo ergo probat quod in nunc non est motus et hoc sic quod prius suppositum est quod omne quod mouetur contingit velocius et tardius moueri sed in nunc non potest esse motus velocius et tardior quia quod mouetur velocius citius destitit maius spatium quam quod mouetur tardius. Si ergo in nunc esset motus ergo esset aliquid minus tempus ipso nunc dabile quod est impossibile.

### Atuero neque quiesce.

Hic ostendit de quiete tribus rationibus. prima est nihil quiescat nisi quod aptum natum est moueri. et quo quies est privatio motus. sed prius probatum est quod nihil aptum natum est moueri in nunc. ergo nihil aptum natum est quiescere in nunc. Secunda ratio si aliquid quiescat in nunc sequitur quod idem simul mouetur et quiescat. quia quando aliquid mouetur in tempore aliquo tunc etiam mouetur in qualiter parte illius temporis cum ergo nunc est aliquid temporis quia est terminus temporis sequitur etiam quod aliquid mouetur in nunc temporis. et quia iam supponitur quod aliquid aptum natum est quiescere in nunc. si prius probatum est quod idem est nunc preteriti et futuri. si ergo natum est quiescere in illo nunc ergo quiescet in illo nunc et per consequens simul quiescet et mouetur. Tercia ratio stat in hoc illud di-

ctur quiescere quod habet se eodem modo nunc. et prius sicut illud dicitur moueri quod aliter se habet nunc quam prius. ergo tam in quiete quam in motu est accipere nunc et prius. si ergo in nunc esset motus et quies ergo in nunc esset nunc et prius. et sic nunc esset diuisibile.

### Quod mutatur autem.

Hic probat ulterius quod omne quod mutatur est diuisibile. et stat ratio in hoc omne quod mutatur est partim in termino a quo et partim in termino ad quem. sed quod habet partem et partem est diuisibile. ergo omne quod mutatur est diuisibile. Maior patet quia quando est aliquid in termino a quo tunc non mutatur. et quando est in termino ad quem tunc est mutatur. ergo mutatur quando est in medio inter terminum a quo et terminum ad quem.

### Motus autem est diuisibilis.

Postquam posuit quedam preambula valentia sibi ad diuisionem motus. Hic consequenter ponit duos modos quibus motus diuiditur secundum partes quantitatiuas. Intendit ergo quod motus diuiditur secundum partes mobilis et secundum partes repositi. et hoc probat per ordinem in textu.

### Sic igitur ipsius qui.

Hic ponit tres rationes quod motus diuiditur ad diuisionem mobilis quarum prima est ista. quia moto toto mouentur partes et motus unius partis non est motus alterius partis. ergo motus totius diuiditur per partes mobilis sicut actus diuiditur ad diuisionem sui subiecti. Secunda ratio. Totalis motus alicuius mobilis vel est omnium partium simul vel est alicuius partis tantum vel est alicuius extrinseci. non est alicuius partis tantum. quia pars mobilis mouetur secundum partem motus. nec alicuius extrinseci quia tunc non esset in eo quod motus denominat. motus enim denominat sui mobile et non extrinsecum. sequitur ergo primum scilicet quod totalis motus est totalis mobilis id est omnium partium. et sic motus diuiditur ad singularium partium diuisionem. Tercia ratio est quia motus totius vel est maior motus partium vel minor vel equalis non potest dici maior quia tunc erit aliqua pars mobilis que non erit motus. quod dicitur implicare scilicet quod



mobile non moueatur. Nec potest dici minor quod tunc pars excederet totum. relinquatur ergo tertium quod motus totius sit equalis motui partium et sic motus diuiditur ad diuisionem partium mobilis.

### Alius autem secundum tempus

Hic probat secundum quod scilicet in motu diuidatur secundum diuisionem temporis et hoc tali ratione. Omnis motus est in tempore et omne tempus est diuisibile et minor motus fit in minore tempore ergo omnis motus diuisibilis est secundum diuisionem temporis. Ratio extra textum est quia motus est actus succedens mensurabile per tempus sed mensuratum diuiditur ad diuisionem mensure. ergo diuiditur motus ad diuisionem ipsius.

### Quoniam autem omnia

Ex quo aristoteles dixit quod mobile motus et tempus simul diuiditur addit adhuc duo alia que etiam equaliter diuiduntur scilicet ipsum moueri id est esse in motu. et illud in quo est motus id est spatium. Ex quo habemus quod quinq; sunt que equaliter diuiduntur scilicet motus. mobile. tempus. ipsum moueri et spatium in quo est motus. Est tamen differentia inter ista. quia aliqua ex eis sunt per se diuisibilia que habent per se quantitatem sicut mobile tempus et spatium gratia cuius conuenit alicui diuisio quantitativa. s. motus et moueri habent quantitatem per alium. et ideo hoc quod dicitur equaliter debet intelligi secundum equalitatem diuisionis in se. et non de equalitate que est in modo diuidendi. quia alium modum diuidendi habent sicut dictum est quibus equaliter diuidantur.

### Accipitur enim tempus.

Probat que dicta sunt per ordinem. primo quod scilicet ad diuisionem temporis diuiditur motus. quia si aliquid mouetur per aliquod eorum tempus per aliquam magnitudinem tunc in parte temporis mouetur per partem magnitudinis primo mouetur etiam per mediam magnitudinem in medieta te temporis.

### Similiter autem et.

Hic ostendit quod eodem modo tempus diuiditur ad diuisionem motus. quia quod per totum motum ha-

bet aliquod tempus hoc per medium motum habet medium tempus. Similiter dicendum est de moueri quia secundum medium motus est medium moueri et secundum totum motum est totum moueri. Similiter est de eo in quo est motus. quia illud spatium diuiditur ad diuisionem temporis. Et ad id quod non solum predicta se habent sic equaliter ad diuisionem sed etiam ad finitatem et infinitatem. Ordo tamen est inter ista quia finitum et infinitum prius inueniuntur in mobili. deinde in motu. et consequenter in alijs iam dictis.

**Queritur** Verum continuum sit compositum ex indiuisibilibus. Dicendum quod non. quod sufficienter probatum est in textu.

**Arguitur** Sicut se habent unitates ad numerum ita puncta ad lineam. sed unitates constituunt numerum. ergo puncta possunt constituere continuum. Dicendum quod quibus unitates et puncta in hoc conueniant quod unumquodque est indiuisibile. differunt tamen in duobus. Primo quia quelibet unitas habet per se esse. ergo quelibet unitas potest per se uenire ad compositionem. sed puncta non habent esse per se sed solum in continuo. ergo puncta non possunt per se uenire ad compositionem continui. et sic ex punctis nihil potest componi sicut ex unitatibus. Secunda differentia quia partes numerum componentes sunt indiuisibiles quod est de ratione unitatum. sed partes continuum constituentes non possunt esse indiuisibiles. Cuius ratio est quia in numero partes numeri habent esse sub actu proprio cum ex eis fiat quantitas discreta. i. quantitas que est cum diuisione partium. sed partes continuum non habent esse sub actu proprio sed sub actu totius continui. oportet ergo quod partes in continuo habeant unionem que non potest esse inter puncta.

**Arguitur** Totum componitur ex suis partibus sed puncta sunt partes linee. ergo continuum componitur ex punctis. Dicendum quod duplices sunt partes que dam sunt integrales et quantitatie. et ex illis aliquis componitur integraliter. sicut homo componitur ex capite et alijs membris integraliter et sic puncta non sunt partes linee. et hoc modo loquitur aristoteles in textu quod continuum non componitur integraliter ex indiuisibilibus. Alie se

ptes formales siue diffinitive quales sunt in rebus materialibus materia et forma et sic totus componitur ex partibus essentialibus diffinitivis et formalibus et illo modo puncta sunt partes linee quia puncta sunt partes diffinitive et hoc est verum tam de puncto continuante incedente quam etiam terminante quod sic patet quia punctum continuans vult partes sed vult est conditio forme. Item terminare etiam conuenit forme quia forma terminat potentiam materie et sic etiam puncta terminantia ad lineam comparantur in ratione forme.

**Arguitur.** Si continuū non componeretur ex indivisibilibus ergo indivisibilia ponitur frustra in continuo.

Dicendum quod indivisibilia ponuntur in continuo quod terminent continuū et ex hoc quia terminant continuū scilicet lineam ponuntur in diffinitōe continui scilicet linee. Et quando dicitur quod quantitas debet terminari per partem integram falsum est quia impossibile est quod terminus continui sit pars eius quod sic patet quia tria requiruntur ad hoc quod aliquid sit terminus. Primum est quod sit ultimū eius cuius est terminus. Secundū est quod extra ipsum nihil inueniat ipsius rei. Tertium est quod omnia illius rei infra illum terminū contineantur. Quis ergo due prime conditiones possunt aliter ualiter conuenire parti integrali in continuo non tamen potest tertia conditō conuenire parti integrali quia non omnia ipsius continui continentur infra talem partem integram.

**Arguitur.** Puncta possunt auferri a linea per potentiam diuisivam et tunc linea videtur esse terminata et sic non requiruntur puncta ad hoc quod linea terminetur. Dicendum quod est impossibile omnia puncta a linea auferri quod sic patet quia quod est de diffinitōe aliquid non potest ab eo separari per quantāque potentiam quia hoc implicat cōtrarietatem. Sed punctum continuans est de diffinitōe et essentia linee sicut quilibet terminus cōmunitis est de diffinitōe illius cuius est terminus. dictum est etiam tertio huius quod non potest esse aliquid corpus infinitū cum ergo linea non est nisi in corpore sic non potest esse linea infinita sed de ratione linee finite est quod terminetur punctis sic etiam puncta terminantia sunt de ratione linee finitae et sic patet quod nec pū-

ctum continuans nec puncta terminantia puncta a linea separari et sic suppositum est falsum.

**Arguitur.** Tempus est aliquid continuū et tamen componitur ex indivisibilibus quod ex nunc quod nihil habemus de tempore nisi nunc. Dicendum quod est duplex cōstitutio quedam est integralis sicut aliquid componitur ex partibus integralibus et sic tempus non constituitur ex nunc et sic loquitur huius aristoteles in text. Alia est cōstitutio essentialis sicut aliquid constituitur ex partibus essentialibus diffinitivis et sic tempus componitur ex nunc quia sicut terminus cōmunitis in quolibet continuo est substantia cōtinui ita etiam nunc in tempore est substantia temporis.

**Queritur.** Vtrum motus diuidatur ad diuisionem mobilis et temporis. Dicendum quod sic. Cuius ratio est quia motus est quedam dispositio mobilis existens in mobili sicut in subiecto sed accidens diuisibile diuiditur ad diuisionem subiecti ergo motus diuiditur ad diuisionem mobilis sicut albedo diuiditur ad diuisionem parietis. Et quia motus est accidens successiuum sic etiam diuiditur ad diuisionem temporis quia diuisio cuiuslibet mensurari attenditur secundum ordinem ad suam mensuram quia tamen prior est habitudo accidentis ad subiectum quod ad mensuram extrinsecam ideo motus primo et principaliter diuiditur ad diuisionem subiecti deinde ex consequenti ad diuisionem temporis et sic derivatur ista diuisio partium integralium in motu a mobili ad motum sicut in littera dictum est.

**Arguitur.** Non est eadem ratio rei successiue et permanentis sed motus et tempus sunt successiua mobile autem est de genere permanentis ergo etc. Dicendum quod ratio potest dupliciter capi. Uno modo pro essentia siue existentia rei et sic est verum quod non est eadem ratio permanentis et successiuorum. Alio modo accipitur ratio pro ratione diuisibilitatis et sic potest esse una ratio in permanentibus et successiuis quia in eis potest reperiri una ratio diuisibilitatis scilicet continuas et ideo motus tempus et mobile habent eandem diuisionem.

**Arguitur.** Ab eodem aliquid habet cōtinuitatem et diuisionem si motus habet essentiam a termino ad quem et non

et ceteris quibus in similitudine si ipse motus assignat  
in similitudine et linea huiusmodi a parte ad partem  
plurimam a parte magis

a tempore vel mobili ergo debet habere diuisionem a termino. Dicendum qd est duplex diuisionis quedam est essentialis fm quaz aliquid eēntialiter distinguitur ab alio et sic verum est qd ab eodem res habet distinctōem et essentialiam qd talis diuisionis sit per ultimam differentiam et ab illa res etiam habet essentialiam. Alia est diuisionis fm partes integrales et sic non habet res ab eodem essentialiam et diuisionem quia sic res habet diuisionem ex partibus integralibus et non ex partibus essentialibus.

**Arguitur** Tempus est unū et infinitum sed magnitudines sūt plures et finite sed non equaliter diuiduntur finitum et infinitum ergo tempus et magnitudo non equaliter diuiduntur. Dicendum qd tempus potest ad duo comparari. Uno modo ad motum primi mobilis in quo est tempus subiectiue et tunc est infinitum fm successione. sicut motus et magnitudo fm successione partium sūt etiam infinita non autem absolute. Alio modo accipitur tempus fm qd est applicatum istis inferioribus in eadem mensura. sic tempus est finitum motus est finitus et magnitudines sunt finite.

**Arguitur** Illa que distant predicamēntaliter non possunt habere eandem rationem diuisionis sed motus mobile et tempus distant predicamentaliter ergo non possunt habere eandem rationem diuisionis. Dicendum qd aliqua que sunt diuersorum generum et predicamentorum et diuersarum naturarum possunt habere eandem rationem diuisionis si in eis iuratur una cōmuni ratio diuisibilitatis sicut patet de liquidis quia liquida sunt diuersarum naturarum et tamen mēsurantur una mēsurā ppter humidum quod in eis reperitur sicut etiam est in proposito de omnibus istis in eis enī reperit una cōmuni ratio diuisibilitatis scilicet continuitas.

**Arguitur** Videtur qd motus et mobile non equaliter diuidantur quia partes mobilis simul mouentur et partes motus sibi succedunt. Dicendum qd partes mobilis accipiuntur dupliciter. Uno modo fm qd comparantur ad mobile absolute et sic partes mobilis simul mouentur. Alio modo comparantur partes mobilis ad aliquod determinatum si

gnū signatum in spaciō supra quod fit motus et tūc etiam partes mobilis successionem habent sicut partes motus quia una pars mobilis prius oritur supra illud signū qd alia pars sicut patet de ligno tracto sup lapidem.

**Arguitur** Non est verum quod dicit aristoteles qd omne quod mouetur est partem in termino a quo et partem a termino ad quem quia generatio fit in instanti et sic non habet partem et partem. Dicendum qd ista propositio cōuenit speciebus motus fm ordinem prioris et posterioris quia habet principaliter veritatem de motu locali quia ibi aliquid ipsius mobilis recessit a termino a quo in motu et nondum accessit ad terminū ad quem. Deinde intelligitur in motu alterationis quia ibi est etiam successio fm intensiōem forme et ultimo intelligitur in motu generationis non quidem accipiendo generationem pro instantanea mutatione quia tūc non habet partem et partem sed accipiendo generationem fm qd sibi alteratio preuia cōiungitur sic enī est eadem ratio successiōis in alteratione et generatione.

**Quoniam autē om.**

Postq̄ determinauit de diuisione motus in partes integrales. hic consequenter determinat de ordine partium motus et primo premitit aliqua ex quibus sumitur probatio et intellectus illorum q̄ infra dicentur quorum primū est qd necesse est qd omne quod mutatur quando mutatum est esse in termino ad quem mutatum est. Secundum qd tale mutatum sit indiuisibile quo ad primū partem duas rationes quarum prima est particularis quia solum respicit mutationes proprie dictas et stat in hoc. Si illud quod mutatum est non ē in termino ad quem mutatum est tūc erit medium inter esse et non esse. Exempli gratia. Si aliquid mutatum est a non esse ad esse tunc de fiat a non esse et cum contradictoria non sint in eodem sic necessario habet esse et sic est in termino ad quem mutatum est quod erat probandum.

**Amplius autē scdm.**

Hic ponit secundam rationem que est vniuersalis quia respicit omnes motum et stat in hoc. Si illud quod mutatum est non sit adhuc in termino ad quem mutatum est. sed. circa illum terminum sequitur quod quando mutatum est finem quod huiusmodi adhuc mutatur. quod sic patet quia tardius mobile mutatur donec est in termino ad quem ergo quando aliquid mutatum est et non est in termino ad quem oportet quod adhuc mutetur. Ex quo concluditur quod illud quod factum est quando factum est est ens et illud quod corruptum est quando corruptum est est non ens.

**In quo autē primo.**

Hic ponit secundam scilicet quod primum mutatum esse sit indiuisibile quod sic probat. Quia si aliquid mutatum est in aliquo diuisibili vel ergo in utraque parte illius diuisibilis mutatum est quod est impossibile quia oportet solum unum terminum motus esse qui dicitur hic mutatum esse. ergo due partes non sunt mutatum esse. vel est mutatum in una parte et non in alia sic habetur propositum quia tunc vltima est indiuisibilis quod sicut probandum.

**Dicitur autē in quo.**

Hic ex predictis soluit unam questionem istam scilicet verum sit dare primum mutatum esse in motu. Et pro solutione distinguit quod dupliciter potest aliquid dici primum mutatum esse quia primum mutatum esse potest vno modo significare terminum motus in quo mutatio est perfecte terminata primo. et sic est dare primum mutatum esse in motu quia est dare terminum motus indiuisibilem ubi motus terminatur in quo amplius non est motus. si statim ante hoc fuit motus. Alio modo accipitur primum mutatum esse pro prima parte in qua primo incepit motus. et sic non est dare primum mutatum esse in motu. quia non est dare aliquam partem integram motus quam non precedit alia pars prior. et hoc probat aristoteles ex tribus. Primo ex parte temporis. Secundo ex parte mobilis. Tertio ex parte spatij. Ratio ex parte temporis stat in hoc quia si posset dari primum tempus in quo primo aliquid mutatum est id est in quo primo motus incepit vel hoc est in

diuisibile et tunc sequuntur duo inconuenientia. Primum est quod tempus componatur ex indiuisibilibus. et sic indiuisibilia habebunt se consequenter in tempore. Secundum est quod aliquid simul moueatur et quiescat. probatur quia in indiuisibili non potest esse motus ergo est quies. et tamen dicitur quod in illo indiuisibili incepit motus ergo ibi est motus. Si autem dicitur quod illud tempus in quo incepit motus est diuisibile. tunc totum tempus non potest esse primum in quo incepit motus. quia illa pars temporis in qua dicitur primo motus incepisse habet adhuc priorem partem in qua prius motus incepit. Et simile iterum posset capi in linea in qua semper vltimum est indiuisibile et sunt duo puncta extremalia. sed non potest dari primum punctum continuatum ita similiter ante omne mutatum esse est mutari. et sic non potest dari primum mutatum esse in quo. si incepit motus. et hoc id est quod mutatum esse est pars motus que est quoddam continuum si pars cuiuslibet primi spatio est diuisibilis. potest tunc dari primum mutatum vltimum quod est terminus motus. sicut potest dari terminus a quo in quo non est motus. Et quod non sequitur si non est primum mutatum tunc non incepit motus sicut non sequitur non est dabilis prima pars lineae quod linea non habet principium quod linea habet terminum a quo si per imaginatorem incepit linea et sicut in motus terminus a quo. post quem statim est motus.

**Sic enim primum in.**

Hic ostendit idem ex parte mobilis et ex parte spatij ex parte mobilis sic quia mobile primo pertransit aliquem punctum spatij finem minorem partem quam finem maiorem. data ergo quacumque parte mobilis adhuc prior pars precedit illam. Similiter probatur idem ex parte spatij quia in puncto spatij siue in indiuisibili non est motus. Incepit ergo motus in aliqua parte spatij quodcumque sit continuum est dabilis prior pars. ergo non est dabilis primum ubi motus incepit.

**Quoniam autē om.**

Hic ostendit ordinem eorum que in motu inueniuntur. et primo premitit unam distinctionem scilicet quod dupliciter aliquid dicitur mutari in aliquo tempore. Vno modo primo et per se. Alio modo finem alterum id est ratione partis. Et quia diuisione elicit talem regulam quod si aliquid primo mutetur in aliquo tempore tunc etiam mutatur

in qualibet parte illius temporis. et illa regula  
deseruit ad probationem sequentium. Probat  
ergo illam regulam dupliciter. primo ex diffinitio-  
ne eius quod est primum. quia illud primo dicitur  
aliqui cōuenire quod cōuenit sibi sicut quilibet  
patrem. secundo probat eam ratione et hoc sic.  
Quia diuidatur tempus in quo aliquid moue-  
tur vel ergo in neutra parte mouetur et tunc eti-  
am non mouebitur in toto quia totum est sue  
partes. vel in vtraque parte mouetur et tunc non potest  
primo moueri in vtraque sed primo in vna et pos-  
tea in alia. et tunc iterum habetur propositum  
quod si aliquid moueatur in toto tempore mouetur  
in qualibet parte. Si autem in vna moueatur  
et non in alia tunc non potest dici quod primo mo-  
uetur in toto. quia quod quiescat in vna parte tē-  
poris non mouetur per toto tēpore sed primo per

### Ostendo autem hoc.

Hic ostendit tribus rationibus quod omne moueri  
precedit mutatum esse scilicet ex parte mobilis  
ex parte temporis et ex parte spacij. Prima ra-  
tio stat in hoc. Si aliquid mobile moueatur per  
aliquod spacium in aliquo tempore tunc eque ve-  
lociter mobile mouebitur per medietatem spacij in  
medietate temporis igitur mobile quod ponitur  
moueri per aliquam magnitudinem sicut prius  
motum in medietate temporis per medietatem  
magnitudinis. sed in illa medietate est mutatum  
esse ergo mutatum esse precedit moueri. Secun-  
da ratio tempus in quo aliquid mouetur est diui-  
sibile sicut aliquid nunc quod est terminus pro-  
terius et principium posterioris. In illo ergo nunc  
mobile est motum. et cum sit probatum quod non  
habent se consequenter duo nunc oportet quod tē-  
pus precedat illud nunc. et in illo tempore aliq-  
uid est mutatum. ergo mutatum esse precedit moue-  
ri. Tercia ratio est in ipso nunc non est mutatum  
sed mutatum esse. et in tempore sunt infinita  
nunc sicut potentiam. igitur quod mutatur in ali-  
quo tempore sicut prius mutatum in ipso nunc  
tempus illius

**Arguitur** Mutatum esse est termi-  
nus indivisibilis motus  
ergo non potest talis precedere moueri. quia om-  
ne moueri est esse in motu sed terminus non po-  
test precedere esse in motu. Dicendum est quod  
mutatum esse accipitur dupliciter. Uno modo per

mutato esse in actu. et sic mutatum esse dicitur  
ultimus terminus indivisibilis motus ubi iam  
motus est terminatus. et sic accipiendo mutatum  
esse nunquam potest precedere ipsum moueri. sicut  
probat argumentum. et sic aristoteles supra ac-  
cepit mutatum esse cum dixit omne quod muta-  
tur quando mutatum est est in termino in quem  
mutatum est. Alio modo accipitur mutatum esse  
pro mutato esse in potentia. et sic omne illud di-  
citur mutatum esse in motu ubi potuit illud  
fuisse terminatus quia iam non sit terminatus  
et sic aristoteles bene loquitur hic quod omne moue-  
ri precedit mutatum esse. et precedit aliquid ubi mo-  
tus potuisset fuisse terminatus. et hoc potest su-  
mri ex fundamento in textu quia si motus non  
incepit in indivisibili. sicut prius probatum est  
necesse est quod moueri sit in continuo tempore. Sed  
hoc continuū tempus habet adhuc unam partem  
ante se scilicet suam medietatem. et ibi est mu-  
tatum esse in potentia quod precedit totum mu-  
tatum. Simile est de punctis in linea. quia in linea  
sunt duplicia puncta aliquid. ad eum est punctum  
in actu in linea et illorum sunt tamen duo scilicet in-  
itians et terminans. Sed puncta in potentia sicut  
infinita. Similiter de motu dicendum est quod  
ad mutatum esse.

### Non solum autem quod

Hic ostendit quod reuerso ante omne mutatum  
esse est moueri. et ad hoc manifestandum suppo-  
nit quod omne quod mutatur mutatur in tempo-  
re. quod sic ostendit quia mobile non mouetur in  
termino a quo nec in termino ad quem nec est si-  
mul in termino a quo et ad quem. ergo sunt ad-  
mitus duo nunc in motu quorum unus est in ter-  
mino a quo et alterum in termino ad quem sed  
inter duo nunc est tempus medium. sic necesse  
est quod omne quod mouetur mouebitur in tempo-  
re. Tunc ponit principalem rationem primo ex  
parte temporis. secundo ex parte magnitudinis.  
Et stat prima ratio in hoc quicquid mutatur est  
in tempore hoc prius mutabatur in medietate  
illius temporis. ergo mutatum esse in toto tem-  
pore precedit mutari in medietate temporis. et  
ergo ante omne moueri est mutatum esse. et si-  
militer probatur de magnitudine. quia si aliq-  
uid est mutatum supra totam magnitudinem tunc  
prius mutabatur in parte illius magnitudinis.

**Eadem enim demon**

struunt aristoteles q non solum istud est verum in motu locali quous ibi plinius apparet. sed etiam est verum in alijs motibus scilicet in alteratione que est inter contrarias qualitates. et etiam in generatione et corruptione accipiendo illas sicut q includunt priuam dispositionem et alterationem. et hoc sic ostendit quia in istis mutationibus est aliquod tempus diuisibile in quo si mutatio dato ergo tempore diuisibili potuit dari prius tempus qz meritas illius temporis.

**Queritur**

Verum sit dare primū et ultimū in motu. Dicendum q cum primū et ultimū accipiantur in illis que habet partes sic primū et ultimū in motu possunt attendi penes tria sicut triplices partes motus. quia vel penes partes subiectiuas vel penes quantitatiuas vel penes terminos. si penes partes subiectiuas tunc est simpliciter ultimū et primū in motu. quia est dabile sicut species motus et ultima. ut patet octauo huius. Sed sicut partes quantitatiuas est distinguendum. quia vel accipiuntur partes in motu sicut equalem diuisionem id est sicut partes eiusdem quantitatis. et sic est dabile primū et ultimū in motu sicut in qz liber alio continuo. exempli gratia in ligno habet decem pedes prima pars est primū pedale et ultima pars est ultimū pedale. Similiter in tempore prima hora dicitur est prima pars illius temporis et ultima hora est ultima pars illius temporis. Simile est in motu quia motus factus in primo pede magnitudinis est prima pars motus et factus in ultimo pede est ultima pars motus. Vel accipiuntur partes quantitatiue sicut eandem proportionem. et sic nec est dare primū nec ultimū in motu. quia sicut dictum est oportet motum esse in tempore diuisibili in spacio diuisibili et in mobili diuisibili. sicut ergo continuū diuiditur in infinitum ita data quacūqz parte versus principium vel versus finem motus dabitur prior pars versus principium vel posterior pars versus finem. Sed sicut terminos est dare ultimū in motu. sed non primū quia datur mutatum esse in actu quod est terminus indiuisibilis motus et non pars motus. Non autem datur primū ex parte termini. Cuius ratio est quia quous in continuo permanētibus terminus est in actu utrobique scilicet ex p

et principij et finis. sicut linea habet duo puncta terminata. hoc tamen non oportet in continuo successiuo. quia in successiuo sic processus de potentia ad actum. et ideo actus est solum in termino ad quem id est in termino finali. et ideo ex parte finis est dabile ultimū indiuisibile in actu. Et si dicitur q est etiam dare aliquid indiuisibile ubi non est motus ex parte principij sicut ex parte terminij. Dicendum q tale indiuisibile datum in principio non habet ordinem ad motum quia non est incipit motus. sed indiuisibile in termino ad quem est terminus motus. et hoc ideo qz motus bene terminatur in indiuisibili. sed non incipit in indiuisibili.

**Arguitur**

Si non est dare primū et ultimū in motu tunc erit motus infinitus. Dicendum q hoc quod non habet primū et ultimū nullo modo hoc est quantitatiue infinitum. sic autem non est de motu quia motus habet primū et ultimū accipiendo in motu partes eiusdem quantitatis. et hoc sufficit ad hoc q motus sit finitus. Si autem sumatur partes sicut eandem proportionem in tunc nec dabitur primū nec ultimū. et tamen non est motus infinitus. quia quous tunc motus non habeat terminos proprios quantitatiuos intersecos. terminatur tamen et incipit per terminos quantitatiuos extrinsecos. quia est aliquis ultimus terminus ubi non est talis motus tam prius inceptum qz desinens. aliquid autem terminatur ad terminos extrinsecos sicut liquoris terminatur ad terminū uasis.

**Arguitur**

Verum est dicere q motus incipit et desinit. vel ergo incipit in mutato esse vel in mutari. Si in mutari tunc ante illud mutari non est mutatum esse. Si in mutato esse tunc ante illud non est mutari. Dicendum q nec motus incipit in mutato esse nec incipit in mutari quia motus ut prius dictum est non incipit in mutato. nec certam est ubi mutari quia mutari est esse in motu. sed esse in motu presupponit inceptum motus. sic inceptio motus esset ante mutari. Ex quo patet q inceptio et desinitio in motu non debent capi affirmative sed negatiue. Circa quod sciendum q illorum que incipiunt quodam incipiunt per mutationem successiuam sicut motus proprie dicitur. qz dā incipit per mutationem instantaneam sicut illa q

acquiritur per generationem et corruptionem. In his ergo que incipiunt successive datur inceptio per ultimū non esse ex parte inceptiois. exempli gratia motus incipit id est motus iam non est et statim post hoc erit. Ex parte autem definitionis datur definitio per primū non esse. quia in ultimo indivisibili termino motus non est motus et prius fuit motus. exempli gratia motus definit esse id est motus iam non est et prius ante hoc fuit. Alia sunt que incipiunt et definiunt in instanti et in illis mutatur expositio quod tunc ad inceptiois nem. quia inceptio datur per primū instans esse et sic affirmatiue. exempli gratia homo incipit esse debet sic exponi homo iam est et immediate ante hoc non fuit. et hoc probatur auctoritate aristotelis in octavo huius et etiam ratione. Auctoritate quia dicitur octavo huius quod mutatio tenet se cum passione posteriori id est cum forma posteriori que acquiritur. ab illa ergo debet denominari mutatio. et ideo quando embryo corrumpitur et homo generatur tunc debet esse denominatio a posteriori passione scilicet ab homine. et ideo debet exponi per primū instans esse. Ratio istius est quia quando aliquid fit in instanti tunc pro illo instanti simul fit et factum est. Pro cuius intellectu notandum quod quando producit aliquid per instantaneam mutationem tunc per totum tempus procedens ultimū instans est prior forma que corrumpitur vel abicitur. et in ultimo instanti est sub forma que acquiritur. et ideo optime exponitur per primū instans esse. quod hoc ultimū instans est primū esse noue forme quod prius per totum tempus non fuit illa forma in materia sed in materia fuit forma que abicitur. Sed ex parte definitionis est differentia quia quando definitur aliqua forma per corruptionem sequitur noua forma positiua in materia. Sicut quando homo corrumpitur generatur forma cadaueus que est forma positiua. quandoque ad corruptionem prius forme non sequitur forma positiua. sicut quando lumen corrumpitur. quia tenebre non sunt noua forma. Si ergo in definitione non sequitur noua forma tunc definitio exponitur affirmatiue per ultimū instans esse. exempli gratia lumen definit esse. id est lumen iam est in aere et statim post hoc non erit. Si autem in definitione sequitur noua forma tunc definitio exponitur negatiue per primū non esse. Exempli gratia fortis definit esse id est fortis iam non est et immediate ante hoc fuit

Quis ratio est quia in eodem instanti est generatio et corruptio quia nisi sic tunc materia staret nuda quod est impossibile. Sequela patet quia quando abicitur aliqua forma in instanti. si ergo in alio instanti noua forma introducat manifestum est quod inter duo instantia est tempus medium. ergo esset aliquod tempus in quo materia nullam haberet formam. non enim habet priorē formam quia corrupta est nec posteriorem quia nondum introducta est. Probato ergo quod in vno instanti fiat generatio et corruptio tunc patet appositum. dictum est enim quod in illo instanti mest forma que acquiritur per generationem. cum ergo due forme substantiales non sunt in eodem non potest pro eodem instanti inesse forma que abicitur et sic oportet definitionem dare per primū non esse. Ex istis patet quomodo debent exponi inceptioes et definitiones in generatione et corruptione quia si capiuntur secundum quod includunt prius altera rationes. sic debet in eis fieri expositio sicut in motibus successiuis scilicet per ultimū non esse ex parte inceptiois et per primū non esse ex parte definitionis. Si autem capiuntur pro illis instantaneis introductionibus formarum tunc debet expositio fieri in eis per primū instans esse ex parte inceptiois et per primū non esse ex parte definitionis quod sequitur noua forma.

### Quoniam autem om-

Postquam aristoteles ostenderit quomodo inuenitur primū et ultimū in motu. hic consequenter dexterminandum est de finito et infinito quomodo se habent ad motum. et primo supponit quod finitum et infinitum inueniuntur in magnitudine motu et tempore. Et circa hoc ostendit quod equaliter inueniuntur in magnitudine motu et tempore. Et supponit duo. primū est quod omne quod mouetur est in tempore. Secundum est quod in maiori tempore pertransitur maior magnitudo. Ex his suppositis probat quod intendit scilicet quod non requiritur tempus infinitum ad pertransiendum magnitudinem finitam. et hoc probat sic. Si daretur mobile eque velociter motum moueri per totam magnitudinem tunc tale mobile pertransiberet aliam quam partem magnitudinis in tempore finito secundo pertransiberet aliam partem eiusdem quantitatis etiam in tempore finito. sed multe partes accepte in aliquo corpore finito reddunt

## Sextus.

magnitudinem finitam. ergo sicut unam partem  
pertransit tempore finito ita etiam pertransit totam  
magnitudinem tempore finito. exempli gratia. Si  
aut magnitudo finita habens centum partes ad  
quam pertransiendam non oportet esse tempus  
infinitum quia una pars pertransitur tempo-  
re finito scilicet in anno sic tota magnitudo per-  
transitur in centum annis. ergo non requiritur ad  
hoc tempus infinitum. Deinde addit aristoteles  
quod idem sequitur si dicitur mobilia non eque ve-  
lociter mota. quia etiam partes temporis sunt in-  
equales in motu. quia in una parte mouetur ve-  
locius et in alia tardius. sunt tamen finitae sin-  
multitudinem. et sic non potest ex eis constitui  
tempus infinitum.

### Eadem autem ratio.

Hic probat contra si tempus est finitum etiam  
oportebit magnitudinem esse finitam. quia capi-  
endo aliquam partem temporis pertransit ali-  
qua pars magnitudinis. sed illa pars magnitu-  
dinis aliquotiens sumpta reddat totam magni-  
tudinem. Et hoc sic arguitur. Nullum mensura-  
tum est infinitum sed ista magnitudo que dicitur  
esse infinita mensuratur per tempus finitum. er-  
go etiam magnitudo non est infinita.

### Demōstratis autem his.

Hic consequenter aristoteles ostendit quod mobile  
non potest esse infinitum si tempus et magnitu-  
do sint finita duabus rationibus. Et stat prima  
in hoc partes mobilis et temporis proportionant  
quia in parte temporis pars mobilis pertransit  
sic aliquod spacium. ergo etiam habent proportio-  
nem. et sic si unum est finitum alterum erit finitum.  
Secunda ratio stat in hoc si mobile infinitum per-  
transit spacium finitum tunc etiam mobile fini-  
tum pertransit spacium infinitum. quia ex quo  
tam mobile est quantum quod etiam spacium nihil  
refert dicere quod illorum moueatur aut quiescat  
quicquid autem quiescat habetur pro spacio et quod  
mouetur habetur pro mobili. Similiter aristoteles  
ostendit quod non potest esse mobile infinitum  
spacio existente finito et tempore finito. Et simi-  
liter dicitur quod eadem est demonstratio. si dicitur  
prout tempus finitum et spacium finitum mo-  
bili existente infinito. Et sic concluditur ex omni-  
bus istis quod tempus motus magnitudo et mobi-

le equaliter se habent ad finitum et infinitum.

**Queritur** Verum eodem modo ista  
quatuor habeant se ad fi-  
nitum et infinitum scilicet spacium tempus mo-  
bile et motus. Dicendum quod sic. Et ratio est  
quia finitum et infinitum sunt passionem quan-  
tatis. ex hoc sic arguitur ubique sunt eadem  
principia ibi sunt eadem passionem quia passio-  
nes oriuntur ex principijs. sed ratio quantitates m-  
qua fundatur infinitas est una in istis. quia de-  
rivatur quantitates a magnitudine ad motum et  
ad tempus. ergo habebunt easdem passionem sa-  
licet finitum et infinitum.

**Arguitur** Potest quandoque mobile  
esse finitum et tamen mo-  
tus et tempus sunt infinita. ut patet de motu  
celi. Dicendum quod sententia aristoteles intelligi-  
da est de mobili quod mouetur motu recto et non  
de mobili quod mouetur motu circulari. Cuius  
ratio est quia quod mouetur motu recto hoc ha-  
bet semper novas partes spacij circa quas mou-  
etur quas prius non habuit et non reiteratur ea-  
dem pars sicut in motu circulari. et ergo in mo-  
tu recto sic est quod si motus sit infinitus etiam  
spacium erit infinitum. In motu autem circula-  
ri non accipiuntur semper noue partes que nun-  
quam erant prius accepte. ergo potest talis motus  
esse infinitus mobili existente finito.

**Arguitur** Aliquod mobile potest  
moueri per potentiam  
diuinam per spacium finitum partes eiusdem propor-  
tionis. et ille partes sunt infinite ergo mouebi-  
tur mobile finitum per spacium infinitum. Di-  
cendum quod hoc est impossibile quod moueatur ali-  
quod mobile per partes eiusdem proportionis in  
continuo que sunt in potentia. sed oportet quod per  
super quam mobile mouetur sit in actu. quia actu  
tangitur per mobile. Si ergo moueretur ali-  
quod mobile finitum partes eiusdem proportionis tunc ille  
partes essent in actu quia per eas fit motus. et  
non sunt in actu quia sunt partes eiusdem pro-  
portionis. et sic aliquod idem esset simul in actu  
et non in actu quod implicat.

**Arguitur** Cuius infinita non requi-  
rit subiectum infinitum.  
ergo nec motus infinitus requirit mobile et spa-  
cium infinita. Dicendum quod non est simile quia ter-  
ta in infinitum quiescat. et tamen ipsa non est

et sic non oportet ad hoc finitum partem



11720 ff. 101a m. 12a 2a m. 13 ff. 101a 101b

infiniter. quia quod quiescit per totum manet in eodem loco. sed quod mouetur mutat continue locum et ex illa mutatione surgit diuisio in partes tam mobilis quam temporis quam spatij. Cum ergo partes hinc inde debent proportionari sic scilicet si unum est infinitum etiam alterum erit infinitum ergo si partes mobilis sunt infinite oportet motum esse infinitum.

**Quonia autem omne**

Postquam aristoteles determinauit de diuisione motus. et quomodo se equaliter habent ad finitum et infinitum motus tempus et mobile. Hic consequenter determinat de his que spectant ad quietem. et circa hoc primo determinat de stare. scilicet de quiete. Stare autem ut hic accipitur est tenere ad quietem. primo ergo probat quod omne quod stat mouetur et hoc tali ratione. Illud quod stat aptum natum est moueri sed non quiescit ergo mouetur. Maior patet quia si privatio et habitus comparantur ad idem subiectum tunc necesse est unum illorum inesse subiecto. Ergo quod aptum natum est moueri vel mouetur vel quiescit. Maior patet quia stare est ad quietem tendere et sic nonnumquam quiescit. Secundo probat quod omne quod stat in tempore stat et hoc duabus rationibus. Prima est omne quod mouetur mouetur in tempore. sed omne quod stat mouetur ergo omne quod stat in tempore stat. Secunda ratio est. in quo mouentur velocius et tardius hoc potest mensurari tempore quia velocius et tardius mensuratur tempore. sed omne quod stat stat velocius et tardius ergo omne quod stat in tempore stat.

**In quo autem tempore.**

Hic aristoteles vult ostendere quod non est dare primum nec ultimum in statione nec in quiete. Et primo ostendit qualiter dicitur aliquid stare in toto tempore et dicit quod hoc dicitur stare in toto tempore quod stat pro qualibet parte illius temporis quia si non staret in qualibet parte tunc staret solum in vna parte. et quia stare est etiam moueri. ideo potest hic eadem probatio quam prius data fuit de motu ubi probatum fuit quod si aliquid mouetur primo in aliquo tempore tunc mouetur in qualibet parte illius temporis.

**Sicut autem quod.**

Hic ponit principale quod intendit scilicet quod non est dare primam partem in statione. quicquid enim stat in aliquo tempore prius stetit pro medietate illius temporis et hoc sic ostenditur. quia quod stat in aliquo tempore stat pro qualibet parte illius temporis. cum ergo stat non potest esse in indiuisibili. sic stat solum datur in tempore. sed dato tempore continuo datur prius tempus. et ergo non est dare primum in statione. Deinde ostendit quod non est accipere primum in quiete et primo resumit duas rationes prius positas quibus probatum fuit quod non est quies in indiuisibili temporis quatenus prima fuit. motus non est in indiuisibili temporis ergo nec quies quia in eodem contingit semper aliquid qui. scilicet et moueri et scilicet. tunc hoc dicitur quiescere quod habet se eodem modo nunc et prius. sed in indiuisibili non est nunc et prius ergo oportet quietem esse in diuisibili quod habet nunc et prius. Ex quo sic arguitur quod quies non est in indiuisibili temporis sed in tempore. dato ergo illo tempore in quo est quies dabitur adhuc medietas illius temporis. et sic fuit prius quies. et ideo totum fundamentum istius materie stat in hoc quod in indiuisibili non est quies.

**Quoniam autem omne.**

Hic ponit quandam considerationem per quam distinguitur illud quod mouetur ab eo quod quiescit. et hoc ideo quia in secunda ratione dictum est prius quod quiescere est se habere eodem modo nunc et prius. Intendit ergo quod quando aliquid mouetur per se dum mouetur semper se habet per totum tempus in alia et alia dispositione. et sic non est per aliquod tempus in eadem dispositione. sed hoc dicitur quiescere per se quod se habet per totum tempus in eadem dispositione. et sic non est per aliquod tempus in alia.

**Queritur** Utrum in quiete sit dabile primum et ultimum.

Respondendum quod non. et ratio est quia quies fit semper in tempore sicut dictum est et non in instanti dato ergo tali tempore dabitur prior pars in eodem tempore. Et eadem ratio quo ad hoc est de stare. quia enim stare et quiescere apud nos videtur esse multum. primum in significato non tamen apud grecos a quibus sunt isti termini uobis translata non stare est ad quietem tendere. et ideo stare est moueri.

Handwritten marginal notes in the right margin, including phrases like "quiescere est se habere eodem modo nunc et prius" and "in indiuisibili non est nunc et prius".

Handwritten marginal notes on the left side, including "infiniter" and "quia quod quiescit".

Handwritten marginal notes on the left side, including "quiescere est se habere eodem modo nunc et prius".

Sed quiescere non est moueri.

**Arquitur** In termino indivisibili motus est quies. ergo est dabi le primū in quiete. Dicendum q̄ in indivisibili termino motus non est motus nec quies q̄a motus et quies solum habent fieri in tempore. hoc autem ultimū est indivisibile temporis. ergo in eo nō potest esse quies nec motus. Est autem quies statim post hoc indivisibile assignatum in tempore sicut motus fuit ante hoc indivisibile p̄ totum tempus. et ideo datur mceptō quietis per ultimū non est sicut inceptio motus. dicitur ergo sic exponi quies incipit esse id est quies iam non est sed statim post hoc erit. Ex quo patet q̄ ideo est indivisibile quod est primū nō esse motus. et quod est ultimū non esse quies.

**¶ Uno autē veratō.**

¶ Iste ē tertius tractatus? sexti libri in q̄ exclu dit errores circa motum. et sunt tres errores quos excludit. primus fuit zenonis qui dixit m̄s hil moueri. secundus fuit democriti qui dixit indiuisibilia moueri. tertius fuit eradicū q̄ dixit omnia moueri. Quāntum ad primū ponit quatuor rationes quibus voluit zenon destruere motum localem. Deinde ponit unam rationem ad exclu dendū motum inter contradictoria. tertio ponit unam rationem ad destruendum motum circula rem. et sic in summa sunt sex rationes ad destru endum motum in genere. et proponit unam ra tionem que pertinet ad illud quod statim de mo tu et quiete dictum est. Et stat ratio in hoc nihil mouetur quando est in loco sibi equali sed om ne quod fecerit localiter est in loco sibi equali in quodlibet nunc. ergo nihil mouetur. Istam ratio nem soluit aristoteles per ea que dicta sunt p̄us scilicet quando aliquid mouetur in aliquo tem pore tūc etiam mouetur pro qualibet parte illi us tēporis q̄tis non mouetur pro aliquo nūc illius temporis. et sic si aliquid mobile p̄ aliquo nūc est in loco sibi equali non tamen in qualibz parte temporis est in loco sibi equali. quia in tē pore semper recipit aliū et alium situm. Vel po test aliter sic dici q̄ dupliciter aliquid est in loco sibi equali. Uno modo absq̄ tendentia ad aliū locum id est q̄ non tendat ulterius ad alium lo cum. et sic est verum q̄ quicquid est in loco sibi equali quiescit. Alio modo aliquid est in loco si

*¶ Hic incipit q̄d incipit locū 2o modo ad p̄us 2o modo t̄m̄p̄is magis q̄ 2o q̄o nō mouetur est motus et p̄dūm̄t p̄us fuit q̄ 2o q̄o est infimū yph̄e*

bi equali tēp̄e ad aliū locū. sic illud q̄s mouet ē in loco sibi eqli q̄ tendit sp̄ ad alium locū quē acquirat per motum localem qui locus est p̄prie terminus motus licet alia loca sint descrentia ad ultimū locum et non terminantia motum.

**¶ Quatuor autē sunt.**

Hic ponit ordinatim quatuor rationes zenonis quibus videbatur destruere motum localem. Pri ma stat in hoc. Infinitum non potest p̄tertransi ri. sed quelibet pars spacii supra quam est motus est infinita. ergo non potest p̄tertransiri. cum in finitum habeat infinitas p̄tes q̄a diuisibile est infinitum.

**¶ Secunda autem vo.**

Hic ponitur secūda ratio quam vocauit achilley quasi inuincibilem aut insolubilem. quia sicut achilley fm̄ hystoriam troianam fuit inuincibi lis viribus sic ista ratio est inuincibilis fm̄ eum quo ad solutionem. et stat in hoc. Si aliquid mo ueretur sequeretur q̄ mobile velocissimū nunq̄ posset attingere mobile tardissimū si mobile tar dissimū incipit moueri ante mobile velocissimū quod est falsissimū et contra sensum. Probatur tamen quia si tardissimū ponatur p̄cessisse ve locissimū in aliqua parte spacii. et hoc spacium est infinitum quod est inter tardissimū mobile et ve locissimū sicut in priori ratione dictum est. nunq̄ ergo poterit velocissimū mobile venire ad illum locum ubi nūc est tardissimū. Solutō ergo ista rum duarum rationū stat in hoc q̄ spacium supra quod fit motus accipitur dupliciter. Uno modo fm̄ partes potentiales que sunt partes eiusdem p̄portōnis. et sic spacium habet infinitas partes sed sic mobile non vitur spacio in motu. Alio modo accipitur spacium fm̄ partes actuales. et sic spacium habet partes finitas. et sic mobile vitur spacio quia descebit p̄tes actuales q̄titati uas in motu.

**¶ Tercia que nunc et di.**

Tercia ratio zenonis est semel superius dicta sci licet in p̄ncipio tertij tractatus. in qua quidem supponit q̄ tempus componitur ex nūc ideo ex superius dictis circa eandem rationem soluitur.

Deince ponitur quarta rō que stat in hoc. Si est motus localis tūc sequitur q̄ idem erit tempus

*et 2o modo dicitur a achilley*

*¶ P̄us q̄o*

*¶ 11o q̄o 2. b. 11p̄ 2. b. 11p̄ 2. b. 11p̄*

*¶ Hic q̄d dicitur in vi. p̄ncipio et p̄ncipio p̄ncipio loco loco*

duplū et dimidiū. pbatue quia ponantē mo-  
 bila moueri eque velociter sic q̄ vñū moueatur  
 supra spaciū quiescens et aliud mobile mouea-  
 tur supra spaciū simul motum cum mobili tūc  
 illud mobile quod ponitur supra spaciū simul  
 motum in eodem tempore pertransit duplex spa-  
 cium pro quo tempore aliud mobile positum su-  
 pra spaciū quiescens mouetur supra dimidiū  
 spaciū sed ad descendendum duplex spaciū re-  
 quiritur duplex tempus. ergo idem tempus est  
 duplum et dimidiū. est duplum quia in illo tē-  
 pore pertransitur duplex spaciū ab illo mobili  
 quod mouebatur supra spaciū motum. et est di-  
 midium quia describitur dimidiū spaciū per aliud  
 mobile quod mouetur supra quiescēs spaciū. Po-  
 nit autem solutiōnem illius ratiōis. Et dicit q̄  
 ista ratiō presupponit falsum quia non semp̄ re-  
 quiritur tempus duplex si describat duplex spa-  
 cium. sed hoc oportet si cetera sint paria id ē eo-  
 dem modo se habeant mobilia ad spaciū sic q̄  
 spaciū vñūq̄ quiescat vel vñūq̄ moueatur. sed  
 hoc non est hic quia vñū spaciū quiescit et ali-  
 ud mouetur. et iteo vñūq̄ verum est si duo mobi-  
 lia eque velocia ponūtur moueri super spaciū  
 quiescens tūc ad descendendum duplex spaciū re-  
 quiritur duplex tempus.

**Neq; igit̄ scdm̄ muta**

Ponit aliam ratiōem p̄ quam excluderat motū  
 inter contradictoria et stat in hoc. Illud quod mu-  
 tatur non est in aliquo termino. quia quando ē  
 in termino a quo nō mutatur sed mutabitur. et  
 quando est in termino ad quem non mutatur s̄  
 mutatum est. ergo solum mutatio est in medio  
 inter terminū a quo et ad quem. sed inter cōtra-  
 dictoria non est mediū ergo inter cōtradictoria  
 non est mutatiō. Respondit aristo. in textu po-  
 nendo solutiōnem ad hominem. Quis nō est me-  
 diū inter contradictoria quo ad totum tamen  
 bñ quo ad partes. cōtingit enī q̄ inter album et  
 non album est mediū quo ad partem. et hoc con-  
 tingit quādo vna pars subiecti sit nigra et alia  
 alba tūc hoc subiectum non pprie est album nec  
 nigrum. Solutiō vera est ista q̄ ista ppositiō as-  
 sumpta in maiore scilicet q̄ motus est in medio  
 duorum terminorum est vera in motibus pprie  
 dictis scilicet successiuis. quia ibi est tempus me-  
 diū sed in mutatiōibus pprie dictis nō est ve-  
 rum quia mutatiōes sūnt in instanti.

**Itē in circulo et in spe**

Ponit ratiōnem ratiōis per quam dicebatur de-  
 struere motum circulem et est ista. Si aliqd̄  
 mouetur circulariter sequitur q̄ idem mouetur  
 et quiescit quod est impossibile. Sequela patet  
 quia hoc quiescit quod non mutat locum. sed qd̄  
 mouetur circulariter non mutat locum. quia ma-  
 net in eodem loco. non potest ergo dici q̄ aliqd̄  
 moueatur sperice vel circulariter. Hanc ratiōem  
 soluit aristoteles dupliciter. primo q̄uis corpus  
 spericum manet in eodem loco s̄m totum. et quā-  
 tum ad hoc verum est q̄ s̄m totum non moue-  
 tur. mutat tamen locum s̄m partes. et ergo s̄m  
 partes mouetur. Secōdo sic soluit quia quodāmo-  
 do totum procedit de loco in locum inq̄ tum sc̄i-  
 licet mutatur corpus spericum s̄m diuersas arcu-  
 latōnes quarum vna succedit alteri sic quodam  
 modo mouetur de vna circulatōne in aliam. et  
 sic adhuc quodāmodo mouet s̄m totū.

**Stelis autē dicimus**

Hic ponit secūdam opinionem erroneam de mo-  
 tu que fuit democriti qui dixit indiuisibilia mos-  
 ueri. posuit enī democritus multa corpora atho-  
 malia id est indiuisibilia que dicebantur corpora  
 s̄m eum. quia sunt principia corporum. et quia  
 illa corpora vniuntur adinuicem per congregati-  
 onem et diuiduntur per segregatiōnem iteo neces-  
 se est q̄ moueantur localiter. dixit enim q̄ ho-  
 mo esset compositus ex athomis differētib; in  
 positōne figura et ordine. Est ergo intentiō ar-  
 stotelis q̄ indiuisibile s̄m quātitatem sicut ē pū-  
 ctus non potest moueri per se licet per accidens  
 dicebatur notante indiuisibile s̄m quātitatem  
 quia indiuisibile ratiōe est per se mobile sicut ho-  
 mo et azinus. addebatur vltimus licet p̄ accidens  
 quia indiuisibile etiam s̄m quātitatem potest p̄  
 accidens moueri ad motū illius in quo est sicut  
 punctum mouetur per accidens ad motum linee  
 aliquid tamen dupliciter mouetur per accidens.  
 Vno modo sic q̄ ipsum natum est per se moue-  
 ri sicut pars integralis in toto mouetur cum to-  
 to et tamen est apta nata moueri per se. quia  
 potest diuidi a toto. et sic mouebitur per se. Vlti-  
 modo mouetur aliquid per accidens. quia nō po-  
 test per se moueri nec aptum natum est per se  
 moueri sicut accidens ut albedo. et sic etiā est de  
 pūcto. et hoc phat aristo. infra tributatiōib;.

*Itē dicitur q̄ duo poli ut poli vñūq̄ et  
 ita ma dicitur supra q̄ mobili*

*formā hanc*

*ad id quod dicitur*



Hic ponit eodem pbante maiore et stat in hoc m  
 hl qd qesit a motu suo ad quiete alius mouet  
 p se pmo sed oē qd mouet qesit a motu suo ad  
 quiete alterius. s. sue pris. ergo nihil mouet a se  
 primo. Maior p q qd quiete alius p se primo  
 hoc nō remouet ab eo p hoc qd remouet a quiete  
 alio. et id hoc qd remouet ab aliquo ex hoc q te  
 mouet ab alio non quiete sibi p se pmo. exempli  
 grā. Si rōnale remoueat ab hoīe q: remouetur  
 a pte hoīs. tūc nō quiete hoī p se pmo. Si g  
 motus remouet ab aliquo q remouet a pibus  
 mobilis. g quiete pibus pmo. et hoc intēdit a  
 minor pbat q p quiete pris totū nō mouet p se  
 primo cū mot? totius dēbeat ex motu ptiū.

**Querit** <sup>Uer</sup> omne qd mouetur ab alio  
 mouet. Dm q sic videt tū  
 q nō q aialia mouent a seipsis g nō ab alio.  
 Dm q aliqd moueri a seipso pte duple mēllis  
 gi. Uno mō pmo. i. grā totius sic. q totum mo  
 ueat totū. et sic nō pte dicit q idē moueat seipsuz  
 q tūc idē fm idē ēēt in actu et in poīa. qd mo  
 uet fm q hndi ē in actu et qd mouet fm q hu  
 iusmodi ē in poīa. Alio pte intelligi q aliquid  
 mouet a seipso sedo. i. grā pris sic. q vna res  
 hēat duas ptes q vna ē mouēs et alia mota  
 et sic aialia dicūt mouē seipsa q grā forme mo  
 uent et grā matie mouent. et aresto. intendit q  
 nō deuenit ad aliqd mouens seipm totū sive q  
 nō sit aliqd mouēs corporeū cui p se pmo. quiete  
 at motus. s. mouēt corporeo cōuenit mot? grā p  
 tis. et sic nō quiete totū p se pmo qd hēc mēdit  
 Et si dicat aresto. dē qnto h? q aliqd transmū  
 tat p se pmo. Dm q sic tūc ibi dicitū est aliqd be  
 ne trāsmutat p se pmo. s. nō a se pmo. q aliqd  
 totū ē cui quiete mot? formalitē qd ē moueri p se  
 primo. s. nō ē aliqd totū cui quiete mot? a se pri  
 mo effectiue qd significat p ppositōem a.

**Acquitur** <sup>H</sup>piritualia mouent et  
 non ab alijs g a seipsis.  
 Ans pbat quia spūalia intelligūt et intelligē ē  
 moueri. Dm q intelligē sive intelligi nō sūt  
 motus nisi silitudinariē dicit mot? at realis et  
 phisicus ē solū in corpibus. qd corpa pte trāsmu  
 tant de loco in locū. Et si dicat etiā subē separte  
 trāsmutant de loco in locū. Dm q subē separte  
 nō sunt in loco p circūscriptōē s. solū p applica  
 tōem virtutis et id nō describūt pmiū spūcium  
 qn mouent de loco in locū sicut corpa. et sic non  
 habent motum phisicum qui sit fm continuitatē

**Anne quod mouetur.**

Querit que sit rō ordinis istius libri ad sextū  
 Dm q ista q post q aristoteles dēmiavit  
 de motu fm se et de pibus motus in qnto et in  
 sexto nūc dēminat de motu p ppatōem ad mo  
 torem extrinsecū. et q pres motus sive subiectie  
 sive ptritatie hnt se centialius ad motū q mo  
 tor extrinsecū. idē prius dēmiatū est de moti  
 bus fm pres q de ppatōe ad motōē. Dēminat  
 igitur in hoc septimo de motu p ppatōē ad mo  
 torē in cōi. In octauo at ptealiter dēdit quis sit  
 prim? motor et qualis. Habet igit iste liber du  
 os tractat? in pmo dēminat q nō est pcessus  
 in infinitū in mouētū et motis. In sedo agit de  
 cōpatione motūū. Intendit g p pmo tractatu  
 talem eōem. Omne qd mouet ab alio mouet. sed  
 nō est pcedere in infinitū in mouētū et in mos  
 tis. ergo deueniendū est ad aliqd primū mouens  
 Probat pmo maiore dēmitē minore. Maiorem p  
 bat inductive et idē. Inductive sic. Omne qd mo  
 uet vel mouet violētē vel naturalit. Si mouet  
 violente tūc manifeste ab alio mouet vtz ex diffi  
 nitōe violenti. q violentū est qd est ab extrinse  
 co passo nō pserente vim. tūc ethicoz. Maior na  
 turalis ē duplex qd aliqua mouentur a seipsis si  
 cut aialia. alia mouent ab alijs sicut quia et le  
 nia. In his ergo q mouent ab alijs manifestū ē  
 in aialibus at dōm ē q quis animal non mo  
 uet ab aliquo separte ab ipso mouet tū ad aliq  
 cōiuncto sibi quod ē ps eius.

**Amplius qd a seipso**

*M. id q p se no mouet mouet qd p se mouet*

*M. id q p se no mouet mouet qd p se mouet. Si illud mouet p se p se mouet qd p se mouet. Et sic p se mouet p se mouet.*





hic probat qd qd est passus in motibus et motus hinc deinde ad unum qd hinc est passus

### Septimus.

in infinitum in motibus et motis. sed est de ueniendum ad aliquod primum mouens corporum. Hic probat consequenter aliquid quod prius in se cūda ppositiōne supposuerat. s. q. mouēs et motū sunt simul. et primo ponit intentionem suam dicens q. omne mouens effectiuū primum est simul cum moto. dicitur notanter effectiuū ppter mouēs si nait. quia hoc nō oportet esse simul cum moto. s. potest distare a moto sicut appetibile distat ab appetente et appetibile mouet finaliter appetentem sicut uinū mouet lectatorem. Dicitur primum ppter primum mouens quod nō est simul sicut in piciatione lapidis. quia manus ppiens nō est simul cum lapide. Et quia posset aliquis arguere q. impossibile est e. se duo corpora simul naturalitē sicut patet ex quinto ubi dictum est q. simul sunt que sūt in uno loco. ppro qd nō cōtingit de corporibus. Rūdit aristoteles q. simul nō capitur hic sicut capiebatur in quinto huius. et ideo diffinēdo simul dicit. Illa sunt simul inē que nō est medium et sic sunt simul mouēs et motum. q. inter ea nō est mediū cale. licet aliqui situale sicut in corporibus dicit.

### Quoniam autem tres.

Hic probat ppositum in omni spē motus. et primo enumerat spē motus. et dicit q. tres sunt spē motus. s. motus s. m. l. e. c. a. m. motus s. m. qualitatē ut alteratō et motus s. m. q. ritatem ut augmentatō et diminetō. Hi ergo in istis motibus mouens et motū sunt simul ergo mouēs et motum sunt simul ut in oibus motibus.

**Arguitur** Generatō et corruptō sūt motus et nō numerantur ergo insufficiēter solū dicit h. de tribus motibus. Dōm ē dupliciter. Primo q. generatō et corruptō non sunt motus ppro dicit s. mutatōes ut dictum est in quinto huius. H. do dicitur ē q. generatō potest hic cōprehendi sub alteratōe. q. generatō est semp terminatō alteratōis. qua ergo eadē alterans et alteratū sunt simul etiaz generans et generatū sunt simul. quia nūq. accipitur terminatō generatōis nisi p alteratōem.

### Omne igitur quod.

Hic ostē ppositum in motu locali et ponit ealens diuisionem omne quod mouetur vel mouet a se ipso vel ab alio. si mouetur a seipso tūc est mōs

insestus ē q. mouēs est simul cū moto. quia tunc mouens est forma et ps rei. sed inter formam et materiam nihil mediat. Si autē aliquid mouetur ab alio hoc cōtingit quatuor modis. s. pulsione tractione vectōne et drigine. Pulsio est quādo mouens mouet aliquid a se. et diuiditur in pulsionem et expulsiōem. Impulsio est quādo pel lens sequit pulsū usq. ad finē motus. Expulsio est q. pellens deserit ipm pulsū et nō insequitur ipm. sicut q. lapis piciatur a manu. Tractione est q. aliquis mouet alterū ad se vel ad aliud uelocius tamē q. p se moueretur. et hoc ideo dicit q. potest etiā cum motu naturali alicuius mobilis aduenire tractio sicut si lapis descēdat deorsum et trahatur per filum. quia tūc uelocius dūdit q. naturalitē dūderet. et loqitur hic pps de tractōe effectiua et nō finali sicut patet in questione. Vertigo autem est motus cōpositus. s. expulsiō et tractu quia quod uertitur ex una parte pellitur et ex alia parte trahitur. sicut patet in siccāmēto p quod mouet mola sabbu. Vectō autē est motus fundatus in his tribus motibus quia aliquādo aliqd dicitur uelū pulsione sicut cecūcia i uase supra tractatam a braxatore. aliquādo aliquid uelū tractatione sicut qui sedet supra carrucam et equi trahit eum cum biga. Aliqd est vectō que fit uertigine sicut musca sedens supra molam sabbu uelū drigine. Et q. nō sunt plures motus s. pifici tū omnes possunt reduci ad istos motus sicut inspiratio reduciatur ad tractōem. q. inspiratō est attractō aeris ad pulmōem. Expiratō et spuitio reduciatur ad pulsionem. Kar hesis ad pulsionem et reactionem. Et est kar hesis motus factus p instrumentum tectoris quod uocāt radiū. Ille em̄ motus uocatur kar hesis et est nomen fictum a sono. quia talis radius per unū trahitur et p aliū pellitur. Spathefis reduciatur ad pulsionem. est em̄ spathefis motus ensis uel gladii factus in dimicando. quia per eadem motum pellit aliquis suū aduersarium. Iste autem sunt species motus uolētī. quia in motibus naturalibus factis ab alijs est satis manifestū

### Manifestum ē igitur

Hic reducit istos quatuor modos motus ad duos scilicet ad pulsionem et tractōem. et hoc fit quia drigo componitur ex pulsu et tractu et uectio fundatur in alijs tribus motibus. quia hoc uelū quod mouetur ad motum alterius. et h.

hic dicitur quod si motus est in se ipso et non in alio...

hic dicitur quod si motus est in se ipso et non in alio...

Marginal notes on the right side of the page, including 'Aulfo', 'Impulsio', 'Vectio', 'Vertigo', 'Vectio', 'Aucto', 'Spathefis', 'Manifestum ē igitur'.



contingit vel tractioe pulsione vel vertigine. Si ergo in pulsu et tractu mouens et motum sunt simul. ergo vniuersaliter sunt simul in omnibus alijs motibus.

### Hoc autē manifestuz

Probat aristoteles duabus rationibus q̄ in pulsa et tractu mouens et motum sunt simul. prima est pulsus est motus quo pellens mouet pulsum a se. ergo ad minus in pulsione mouens et motum sunt simul in principio. quia nihil mouet alterum a se quod non sibi cōiungitur. Tractio est quando aliquid mouet alteruz ad se. ergo ad minus quod trahitur cōiungitur trahenti in fine. Secūda rō sumitur ex nominibus quia fm geocos pulsio est dyesis id est disgregatio vel diuisio. sed tractio est synesis id est congregatio vel unio. Sed non potest aliquid congregari vel disgregari nisi assit huic ad quod congregatur vel disgregatur.

### Proiectio autē quan

Excludit obiectionem quādam que accidit circa pulsionem. apparet enim q̄ in pulsione pellens et pulsum non sunt simul. quia lapis proiectus a manu non est simul cum manu. Respondit aristoteles q̄ in proiectione est duplex mouens scilicet mouens primū et remotum. Remotum est manus. et p̄pinquū est aer motus a manu. Dicendum est ergo q̄ mouens p̄pinquū scilicet aer est simul cum motu sc̄ lapide.

### Acuero neq; alterati

Probat idem de alteratioe scilicet q̄ alterans et alteratum sunt simul. et hoc primo probat inductiue secūdo ratione. Inductiue sic quia in omnibus que alterantur vltimū alterans id est p̄mū et alteratum sunt simul. sicut patet de igne et aqua in calefactione.

### Quale enī alteratur.

Ponit rationem ad itē q̄ in omni alteratione alterans et alteratum sunt simul. et stat ratio in hoc omnis alteratio est similis alterationi que est fm sensum. sed in alteratione fm sensum alterans et alteratū sunt simul. ergo sic est in omni alteratione. maiorem probat tripliciter. Primo quia solū fm qualitates sensibiles de tertia spe cie est alteratio sicut probatur infra in sequenti

capitulo. Secūdo quia omnia corpora tam amata q̄ manmata q̄ naturalia alterantur fm istas qualitates quibus hoc fiat differenter. quia corpora naturalia manmata alterantur soluz naturaliter per istas qualitates et per consequens alterantur alteratione corruptiua. Sed anima ea alterantur p̄ istas qualitates etiam alteratione perfectiua et animaliter. Exempla gratia lignū alteratur per calorem alteratione corruptiua. quia p̄ calorem disponitur ad corruptionem sed homo alteratur per calorem etiam perfectiue quia p̄ficatur tactus per sua obiecta. Tertio sic probatur q̄ fm illas qualitates corpora nata sunt agere siue alterari fm quas corpora differunt. si corpora naturalia per istas qualitates ab inuicē differunt. ergo etiam p̄ illas nata sunt alterari. ergo alteratio fit fm qualitates sensibiles. Maior patet in primo de generatione capitulo de actōne ubi dicitur q̄ causa actōnis est cōuenientia in materia et diuina in forma.

**Arguitur** Contra minorem corpa naturalia differunt ab inuicem per suas differentias. ergo non differunt per qualitates sensibiles. Dicendum q̄ corpora naturalia possunt dupliciter capi. Uno modo q̄tū ad suas naturas essentielles. et sic est verum q̄ non differunt accidentibus sed formis siue differētijs substantialibus. Alio modo accipiuntur corpora naturalia fm q̄ sunt actiua et passiua ad inuicem. et sic differunt per istas qualitates. quia sic p̄ suas qualitates agūt in se mutuo. ignis enim agit in aquam p̄ calorem. et similiter dicendum est de alijs qualitibus. et sic accipiendo corpora naturalia i eis est alteratio mutua. et sic aristoteles hic cōuenēter dicit q̄ corpora naturalia distinguuntur p̄ istas qualitates.

### Huic quidem igitur.

